

**www.e-rara.ch**

## **Tractatus de regimine seculari et ecclesiastico**

**Reinkingk, Theodor von  
Basileae, anno 1623**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: Nd VII 9

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-76963>

Classis V

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## CLASSIS V.

## CAPUT I.

## DE STATVVM IMPERII SUPERIORITATE, quæ in sublimi ac regio territorii jure consistit.

POSTquam Præsides † Provinciarum, Defensores Civitatum, & viri fortes de provinciis, quibus administrationis & officii titulo precario & ad nutum summi Principis præerant, de iisdem hæreditariè & patrimonii jure investiri cœperunt, in eos non solum utilitas, sed & superioritas eique annexa regalis dignitas translata, quæ à territorio, cujus occasione & intuitu concessa, & cui annexa territorialis, dici meruit, vulgò die *Landesfürstliche*/ratione Principū, vel die *Landes oder Hohe Obrigkeit*/ratione aliorum Magistratuum immediatorum ex stylo Curiaë nostræ appellata. *confer ea, quæ supra c. 16. class. 6. tradita sunt.*

TERRITORII † vox varia. Sumitur enim aliquando pro universitate agrorum, & à terra seu terendo, quasi tauritorium, tritum bobus & aratro dictum, *Andr. Knichen de sublim. & reg. territ. jur. cap. 1. n. 2.* Aliquando pro jurisdictione & superioritatis jure & exercitio capitur, & à terendo derivatur, quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, i. e. summovendi jus habet, *l. pupillus. 239. §. territorium. & ibi Gædd. de P. S. Zaf. 2. cons. 11. n. 1.* ita ut ipse † nominis sonus indicet superioritatem coërcitio- nis, *Chaf. de just. & jur. §. 1. verb. au territoire. Marpurg. consil. 30. n. 94. vol. 2. Zachar. Piet. de Exemption. conclus. 28. circa fin.* Aliquando sumitur † pro districtu, cuius jurisdictione & superioritas cohæret, *Zaf. 2. consil. 16. n. 47.* tanquam qualitas inseparabilis, *Bar. in l. 1. n. 15. ff. de jurisd. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 116. & tanquam contentum suo continenti, Tiber. Decian. resp. 123. n. 24. vol. 2.*

Nam licet jus † superioritatis territorialis activè sit in Magistratu, Principe, Comite & Barone, *Bald. ad cap. 1. col. 3. vers. si eramus. de allod. Nicol. Boër. decis. 50. n. 11. Iohan. Gædd. in respons. jur. de resp. Bar. Pallend. n. 475.* materialiter † tamen & passivè territorio & districtui cohæret, tanquam nebula super paludem, *Bar. ad l. fin. c. ubi & apud quos. Nat. consil. 149. n. 19.* & tanquam servitus fundo, *Aym. Cravest. cons. 411. n. 35.*

7 Sicut itaque qualitas sine ꝑ subiecto fundari non potest, *l. ejus qui in provincia. ad fin. ff. de reb. credit. s. cert. pet. l. Pomponius. in fin. ff. de acquir. poss. l. i. de condic. ob turp. caus.* ita neque territorialis superioritas sine territorio, *Andr. Knich. de sublim. & reg. terris. jur. cap. i. n. 193. & n. 231. Iohan. Köppen. decis. 48. n. 3. 4.*

8 Huic tamen pro ratione dubitandi adversatur: 1. Quòd non sit de substantia ꝑ jurisdictionis ordinariæ territorium habere,  
 9 *Bald. in l. i. §. initio. col. i. ff. de offic. Præf. Et. Sic ꝑ feudi Dominus, quantumcunque vilis, etiam rusticus, super rebus, quæ ab ipso in feudum recognoscuntur, jurisdictionem ordinariam habere dicitur, c. imperialem. §. ult. de prohib. Feud. alien. per Frider. Zabarell. in Clement. Pastoralis. supra versic. Denique in tertio notab. col. 3. q. 4. de sentent. & re jud. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 8. n. 14. Item ꝑ Rectores*  
 10 *Scholarum, Andr. Knich. d. c. i. n. 27. Imò ꝑ Camera Imperialis, quamvis sine controversia jurisdictionem ordinariam habeat, territorio tamen destituitur, uti & Rota Romana.*

12 2. Adversatur, ꝑ quòd territorium possit dici etiam in paucas & singulares personas, *secundùm Iohan. Andr. in c. cum contingat. de for. compet. Alexand. ad d. l. pupillus. §. territorium. de V. S. quos refert Meichsner. tom. 2. lib. i. decis. 6. n. 51.*

13 Pro ratione autem decidendi distinguendum est inter ꝑ jurisdictionem, quæ alicui competit vel jure Magistratus, sicut olim Prætoribus Romæ ac Proconsulibus, & Præsidibus in provinciis, *l. i. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict. l. cognitio. ff. eod. l. more. ff. de jurisd. l. cum Prætor. ff. de judic. Obrecht. de jurisdict. th. 137. vel ex speciali concessione ratione certarum causarum & personarum:*  
 14 *ac inter jurisdictionem, quæ alicui ꝑ competit jure territorii &*  
 15 *regalis dignitatis; illa ꝑ sine territorio esse & consistere potest: hæc non item.*

16 Olim namque illi ordinariam ꝑ jurisdictionem suo jure habere dicebantur, non quasi pleni domini aut alterius juris realis titulo eam possidebant, sed quibus tanquam Magistratibus vel more consueto, vel extra ordinem à Principe vel populo tributa fuit, ut Prætoribus, Proconsulibus, Præsidibus, *d. l. i. §. qui mandatam. ff. de off. ejus, cui mand. Paurmeist. de jurisd. lib. i. c. 10. n. 5.*

17 Jure ꝑ territorii qui jurisdictionem habet, eam domini & realis juris titulo usurpat, neque alieno, sed suo nomine: quod tamen in officariis, & iis, qui jure Magistratus administrant, secus est, quia his non conceditur jurisdictionis proprietas, sed administratio officio annexa, *confer Andr. Knich. de sublim. & reg. servit. jur. d. c. i. n. 171. 172.*

Hac itaq; distinctione præmissâ, ad 1. argumentum respondetur, separatorum † separatam esse indolem, ideoque à sepa- 18  
ratis nihil inferitur. Ex modò allatis autem apparet, aliam esse  
jurisdictionē territorialem, universalē ab ordinaria particulari.

Ad 2. Respondetur, vocabulum † TERRITORII abusive 19  
& improprie apud Johan. Andr. accipi, quando pro jurisdic-  
tione in paucas & singulares personas accipitur: Neque enim  
territorium, h. e. districtum habere dicitur, qui quid speciale  
in territorio habet, *Decian. resp. 123. n. 34.* perindeque jurisdic-  
tionem † specialem etiam intra alterius territorium habere quis 20  
potest, vel singularis privilegii, vel præscriptionis, vel alio quo-  
cunque titulo, *Bald. in c. un. n. 16. de Capitan. qui curiam vend. c. l.*  
*cum multa. C. de bon. quæ liber.* ubi dicit, nihil impedire, quin unus  
† jurisdictionis universalē, quæ à territorio describitur, alicubi, 21  
& alter ibidem jurisdictionem aliquam specialem in certas per-  
sonas, ut Rectores Academiæ; & causas, ut Dominus feudi,  
ab universali illa excepta habeat: ille cum territorio Castri Du-  
catus vel alterius universitatis sibi investitæ de jure communi;  
hic ex privilegio, præscriptione, vel alio quocunque jure, *Anhe-  
ran. consil. 310. n. 12. c. 16.* Et ita ponderavit referens in causa  
*Teutschen Meisters contra Ottingen / apud Meichsner. tom. 2. lib. 1.*  
*decis. 6. n. 98. 99. fol. 642.* Et ita etiam consideratum in summo  
Sabaudia senatu, testatur *Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic.*  
*lib. 3. tit. 12. defn. 28.*

Hiscæ ita rejectis, ulterius inferitur hæc theoretica: Quòd quæ 22  
cunque † intra territorii septa continentur, ea in istius Domini  
patrocinio & jurisdictione esse præsumi, cujus est districtus &  
territorium, *c. omnes basilicæ. 17. q. 1. l. 1. §. in initio. vers. quicquid intra*  
*urbem. ff. de offic. præf. urb. l. incola. l. qui ex vico. ff. ad municip. d. l. pupil-*  
*lus. §. territorium, ubi Dd. ff. de V. S. l. nulli. §. quod si in vico. C. de Episc.*  
*Specul. de jurisd. omn. judic. §. 1. vers. si magis. Bart. ad l. 1. n. 15. in fin. ff. de*  
*jurisd. omn. jud. c. ad l. 1. n. 3. ff. de damn. infect. Menoch. lib. 3. præsumpt.*  
*100. Wesenb. cons. 42. n. 3. Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic. lib.*  
*3. tit. 12. defn. 17.* Et ita Senatum supremum istius loci pronuncia-  
re solere in dubio idem *Fab. testatur in d. defn. 28.* *Paurmeist. de*  
*jurisd. Imper. Rom.* Quoniam † quicquid intra fines designatur, di- 23  
citur velut sepimento inclusum illi territorio & finibus, *l. fines. ff.*  
*de act. empr. l. si fines. C. de eviction. Nat. consil. 204. n. 1. c. seq. Johan.*  
*Gædd. in respons. jur. de restit. Bar. Vallend. n. 71.* Et inde limites † ter- 24  
ritorii dicuntur limites jurisdictionis, *l. ult. vers. qui certæ admini-*  
*strationi. c. ibid. Bald. C. ubi c. apud quem cognit. in integr. restit.*

- 25 Ideoque ii, qui ita † territorium universale habent, in omni superioritatis & jurisdictionis jure fundatam intentionem habent, in omnes Landsassios & subditos, & in omnes in isto territorio exortas causarum species, civiles & criminales, reales, & personales, judicii tam petitorii quam possessorii, *d.l.1. §. in initio. ff. de offic. præfect. urb. Andr. Knich. in Encyclopæd. c.1. Nicol. Boër. decis. 50. n. 11. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 2.*
- 26 Ex hisce ulterius infertur, † quod scilicet jurisdictio universalis, quam quis in castro vel territorio aliquo habet, regulariter se extendat ad prædium vel subditum singulare tertii, quod in territorio & castro existit, *text. est in cap. cum Episcopus. de offic. jud. ordin. in 6. Ioh. Köppen. decis. 48. n. 8. quia sub † territorio censetur omnia translata, quæ sub eo continentur. Wesenb. consil. 78. in pr. Covarr. præct. 99. c. 1. n. 9. & 10. ubi plures allegat & hanc communem dicit sententiam. Andr. Geil. 2. obs. 62. n. 9.*
- 28 Cum enim fundata sit intentio in universali, † censetur etiam fundata super rebus singularibus, scilicet quod & singula sibi subjecta sint, *Socin. consil. 86. n. 6. vol. 1. Eberhard. in loc. à tot. ad part. Wesenb. consil. 74. n. 34. & 35. part. 2. Cravert. conf. 615. n. 13. & 14. Atq;*
- 29 hoc ita est, nisi in † specie de exemptione vel privilegio doceatur, *c. dilect. de capell. Monach. l. nulli. §. quod si in vico. C. de Episc. & Cler. c. fin. ver. cum ministerium sit intra metas. X. de offic. Archidiacon. c. cum in partibus. X. de P. S. Henning. Gaden. consil. 42. n. 13. Andr. Knich. de sublim. terris. jur. c. 5. n. 150. 151. Bodin. 1. de repub. c. 9. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 9. n. 6. & 7. adeoq; nullus † locus territorii septis circumscriptus præsumitur à jure territoriali exemptus, Bald. in l. insula. 9. de judic. Paurmeist. de jurisdict. d. lib. 2. c. 8. n. 10. ubi ex Mascard. dicit, quod quicquid sit in regno, Ducatu, Comitatu, id de jurisdictione Regis, Ducis vel Comitis censetur, ita ut quocunque in loco territorii sui jurisdictionem exercere possit, per d. c. cum Episcopus. de offic. ordin. n. 6. & d. l. pupillus. §. territorium. de P. S. Coler. de process. executiv. c. 1. part. 2.*
- 31 Idem judicium est de † adjacentibus vicinis & finitimis, *Hieron. de Mont. tractat. fin. regund. cap. 30. n. 9. 10. Et locus vicinus censetur ejusdem juris, quo reliqua jura vicina, Zas. 2. consil. 16. n. 26. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 10. n. 1. in causa Großschlagen contra Hanaw.*
- 32 fol. 940. quia † jus superioritatis ad eum pertinere censetur, cuius territorium limites attingunt, *l. si fines. C. de eviction. l. fundi. in pr. l. fines. ff. de action. empt. c. 2. de restit. spoliat. in 6. Wesenb. consil. 33. n. 40. vol. 1. Andr. Geil. 2. obs. 62. n. 9. Menoch. 3. præsumpt. 99. Zigler. in commun. conclus. ad aur. prax. Calvol. §. Landsassio. n. 26. etiam si aliquis*

quis † tertius habeat aliquam jurisdictionem in loco vel villa 33  
 aliqua, non tamen propterea habet jus superioritatis & territo-  
 rii, *Ioh. Köppen. d. decis. 48. n. 16.* quia hæc separata sunt, ut supra  
 dictum.

Ista igitur † particularis jurisdictio tantum ad eam speciem 34  
 restringenda est, quæ vel expressè concessa, vel præscriptione,  
 vel alio modo legitimè acquisita, neq; ad alias species trahi de-  
 bet, *Hieron. de Mont. de finib. cap. 78. n. 2. arg. c. odia. de R. I. in 6.* Quan-  
 doquidem † concessiones Principum semper intelliguntur fa- 35  
 ctæ salvo jure tertii, *las. in l. quò minus. n. 11. ff. de sum. & salvo jure*  
*territoriali illius, cui primò in eodem loco tale jus antea conces-*  
*sum, c. ex parte. 12. de offic. & potest. jud. deleg. Socin. consil. vists. 39. n.*  
*10. vol. 1.* Istæ juris præsumptio † rejicit onus probandi in eum, 36  
 qui allegat exemptionem, *Sichard. ad l. 2. C. qui testam. fac. post. n. 6.*  
*Mynsinger. consil. 16. n. 34.* quia ejusmodi præsumptio juris pro  
 documento idoneo habetur, *l. si ve. C. de probat. l. 1. C. de apoch.*  
*Matth. Wesenb. in paratit. n. 15. ff. de probation. & probatio liquida*  
*censetur, Geil. 2. obs. 97.*

Hinc nimirum tot in toto jure nostro inductæ † præsumptio- 37  
 nes, ut probationum quodammodò vice fungerentur, quantum  
 salvâ clariore veritatis probatione fieri posset, *l. si chirographum.*  
*24. cum l. seq. l. Imperatores. 29. §. 1. de probat. Anton. Fab. in consult. de*  
*Ducat. Montisferr. pro Duc. Sabaud. part. 1. p. 21.* Paria enim sunt, vel  
 quod quis probet, vel quod habeat præsumptionem juris pro  
 se, *gl. in l. si tutor peritus. C. de peric. tut. quam ad hoc allegat las. in l. licet*  
*Imperator. 74. n. 8. de legat. 1. Bart. in l. in illa. de V. O.* Indeq; actor vel  
 solâ præsumptione juris intentionem fundatam habens obti-  
 nere debet, etiam si is nihil amplius præstet, & rejicit onus pro-  
 bationis in adversarium, *Vasq. 2. illustr. contr. c. 85. n. 1. & 5. & c. 86.*  
*n. 8. & per totum. Didac. Covarr. 2. resol. c. 6. per totum.*

Quamobrem † qui contra hanc juris præsumptionem in uni- 38  
 versali alicujus territorio superioritatis jura sibi arrogat circa  
 personas & res in eo sitas, liquidò id ipsum probare debet, *c. ex*  
*ore. 17. de privil. c. cura persona. de privil. in 6. Craves. cons. 54. n. 9. Gyl-*  
*man. in symphorem. supplic. tom. 1. part. 1. tit. 2. vol. 1. n. 135.* & tenetur ti-  
 tulum † asserti juris edere, ne sufficit possessionis emolumētum 39  
 allegare, cum ipsis jus commune & generalis præsumptio resi-  
 stat, *l. vis ejus. 15. C. de probation. cap. 1. de præscript. in 6. Ziegler. in d. §.*  
*Landsaffs. n. 24.* ejus rei ratio redditur; quòd videlicet jurisdic-  
 tionis territorialis possessio haberi non possit, nisi à superiore,  
 ut seq. cap. docebitur. At in his, quæ à † Principe habere & impetra- 40

re necesse est, possessio vel quasi præsumitur precaria, donec doceatur titulus, ut ex *Menoch. & Pistor.* tradit *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 80.* ubi subiicit, a deò hæc procedere, ut licet spoliatus sit quis, non tamen restituatur, priusquam titulum docuerit, cum tamen, secundum regulam vulgatam, spoliatus ante omnia restituendus.

41 Ab hac tamen sententia communi & in practica recepta recedit *Vir doctiss. Zachar. Victor de exemption. conclus. 27.* hisce motus rationibus.

1. Quod in concursu præsumptionum fortior infirmiorexcludat, *l. fin. ff. quod met. caus. arg. l. Divus. & ibi gl. de restitu. in integr. Menoch. 1. præsumpt. 30. & 2. de arbitrar. cas. 472. Schneidvvin. ad §. ostendimus. n. 4. Inst. de suspect. tutor.* Illa autem supra allata præ-

42 sumptio ¶ habet fortiorem præsumptionem contra se, eamque naturæ regulis suffultam, videlicet rem omnem esse liberam à primævo statu & jure, c. *jus gentium. distinct. 1. Hieron. de Monte tractat. de finib. reg. c. 6. n. 5. & 12.*

43 2. Dicit, quod præsumptio, ¶ quæ ex situ & loco territorii resultat, nemini faveat, nisi summo Principi, ob generalem ejus jurisdictionem in omnes, *Gabriel. 1. comm. conclus. tit. 1. de probat. conclus. 9. Cravett. conf. 615. n. 13.* In inferiori verò Principis districtu id facile fallit, cum in ejus toparchia locus exemptus esse queat, *Geil. de arrest. c. 6.*

44 3. Adducit textum ¶ ex recess. *Imp. N. N. zu Augspurg de Anno 1500. §. Der ander Kreiß begreiffet Fürsten / Landgraffen / Graffen / Pfrechten / Herren / Frey vnd Reichs Städte / vnter vnd bey ihnen gelegen. & de Anno 21. §. Der ander Zirckel.* Et in Imperio nostro Nobiles, Prælaturæ & Civitates plurimæ, quæ Principum oris undique velut palis circumsepuntur, salvâ tamen Imperii libertate, *Pawrmeist. 2. de jurisd. c. 8. n. 27. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 2. c. 7. n. 66.* Idq; multis aliis exemplis ibidem illustrat *Victor.* Hæ tamen rationes non me ad eò movent, ut à communi & recepta *Dd.* opinione recedam, propter rationes, jura & auctoritates supra allegatas.

45 Ad 1. respondetur. Quamvis ¶ ab initio rerum gentiumque quælibet res libertatem suam naturalem obtinuerit, indeq; libera quoad superioritatis & proprietatis jura præsumeretur, postmodum tamen divisis & occupatis rerum dominiis, castra cæperunt habere distincta territoria respectu jurisdictionis, *Paris. confil. 16. n. 23 lib. 4. Joh. Köppen. d. decis. 48. n. 11.* Postquam itaque ita

46 divisa sunt territoria ¶ & districtus, divisæ etiã sunt jurisdictiones, ita ut quicquid in quolibet districtu obtinetur, id ejus, cuius

jus districtus est, jurisdictioni subiectum censeatur, *per jura supra velata*. Sicut enim dominia, & ita & Imperia postmodum distincta, ne justitiæ ordo confundatur ex confusione Imperiorum, *c. pervenis. II. q. I. Mynsing. 2. obs. 28.*

Præterea, si juxta argumenti objecti propositionem fortior & præsumptio tollat alias, utique & nostra præsumptio, quæ ex districtu & territorii situ universaliter promanat, alteram illam vincet; quia illa fortior censenda est præsumptio, quæ magis in jure fundatur. Nostra autem præsumptio in plurimis juris tam Canonici quàm Civilis textibus expressè fundatur, ut superius probatum. Deinde, licet illa & præsumptio libertatis deprompta sit ex jure naturali primævo, notum tamen est, quòd jus Civile non per omnia serviat juri naturali, *l. 6. ff. de l. & I.* Et quòd jus naturale dicit in genere & in thesi, id jus Civile accommodat ad species & hypothesin, *Wesenb. ad §. penult. Inst. de I. N. G. & C.* Sicut autem & in toto jure generaliori dispositioni per specialiore derogatur, *l. in toto. & ibi Dd. ff. de R. I.* ita etiam præsumptio & conjectura potentior creditur, quæ est specialior, *Bart. in l. cum in debito. in pr. n. 1. Bald. in l. si ve possidetis. C. de probation. Menoch. 3. de arbitr. jud. cas. 472. n. 14. & seq. & 1. de præsumpt. q. 29. n. 7.*

Ad 2. respondetur negando; quia textus & allegati supra generaliter loquuntur, *d. l. 1. §. initio. ff. de offic. præfecti. urb.* ubi non de summo Principe, sed de præfecto urbis agitur, & tamen quicquid intra urbem admittitur, ad præfectum urbi pertinere censetur. Item *d. l. pupillus. §. territorium. ff. de V. S. Neq; Anton. Gabriel. alleg. loc. id expressè decidit, sed saltèm Guid. Papæ, Joh. Andr. & aliorum opinionem refert. Et quòd is magis priorem sententiam probet, exinde patet, quòd in eadem conclus. 9. n. 14. subjicit; quòd si constet, aliquem rem habere in feudum, quicquid est intra fines illius rei, censeatur etiam jure feudi habere, nisi aliud probetur, *ex las. conf. 235. in fin. vol. 2. Zas. 2. consil. 12. col. 1.* Jam verò & territoria, ditiones, & jurisdictiones communiter jure feudi possidentur, indeq; jurisdictio in dubio magis feudalis quàm allodialis censetur, *Bald. in c. audientiam. col. ult. X. de præscr. Cast. conf. 179. n. 15. lib. 1. Chassan. in consuet. Burgund. tit. de Feud. §. 4. col. 1. n. 18. faciunt ea, quæ tradit Ant. Fab. in consulti. de Ducat. Montis ferr. pro Duce Sabaud. par. 1. p. 39. in fi. & seqq. And. Knich. de jur. territ. c. 1. n. 42.**

Præterea, ulterius ex eodem Gabriel. *d. conclus. 9. n. 15.* ita colligitur; quoties & ad concedentem pertinet res, quæ conceditur, omnia concessa intelliguntur quæ sunt inclusa intra fines rei concessæ, *ex Alex. conf. 107. vol. 6. Oldrad. confid. 187. Craves. consil. 105.*

- 54 *col. I. & aliis.* Jam verò † omnia sunt & fuerunt Principis summi Imperio & jurisdictione in districtibus concessis, *Anson. Fab. in d. consult. part. I. p. 43.*
- 55 Deinde notum est, quòd † Principes, Comites & similes in suis territoriis hodiè usurpent jura Principis, & quoad jurisd. Etionem ordinariam posse dicantur quæ potest Imperator in universo, ita ut quemadmodum Imperatori in toto orbe omni-modà competit jurisdicctio; ita etiam Principibus superioritas territorialis in suo districtu, *confer. Andr. Knich. de territ. jur. d. c. 1. n. 22. & seq. indeq; Imperatorem repræsentare dicuntur, ibid. n. 39.*
- 56 Imò fortius obligantur † illis subditi quàm Imperatori, propter juramentum, *Peir. Gregor. de concess. Feud. p. 7. q. 4. n. 12. Masib. Sseph. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 38.*
- 57 Ad 3. respondetur, multa quidem loca † personas res in alicujus Principis territorio existentes & sitas esse exemptas singulari privilegio, concessione & præscriptione immemoriali; hoc tamen non præsumi, tùm propter rationes suprâ allatas; tùm quia exemptiones sunt facti, quod ipse vocis sonus arguit: quæ autem facti sunt, non præsumuntur, nisi probentur, *l. in bello. §. facta. ff. de captiv. & postlimin. Menoch. 3. præsumpt. 10. n. 10.*
- 58 tùm quia odiosa † quæ sunt, non præsumuntur, *c. odia. de R. I. in 6.* At particularis jurisdicctio contra universalem alterius in territorio ejus odiosa est, *Hieronym. Schurff. in consil. 26. per tot. &*
- 59 *maximè n. 7. Joh. Köppen. d. decis. 48. n. 20. & exemptiones † in præjudicium tertii stricti juris sunt, c. cum Capella. de priv. l. ius singularare. ff. de legib. l. si in 1. si quando. n. 3. C. de inoffic. testam. Cravett. conf. 132. n. 20. part. I. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 19. ex Beroi conf. 24. n. 10.*
- 60 *vol. 1.* Itaq; concedimus, † multa loca reperiri, quæ ita exempta sunt, non tamè inde infertur, regulariter præsumendum esse locorum exemptionem. Multa namque fiunt, quæ tamen fieri non præsumuntur. Sic licèt multi illicita faciant, nemo tamen præsumitur in dubio hoc facerè velle.
- 61 Quamvis de jure † præsumptio isthæc sit valida ex districtu & territorio desumpta, probationem tamen in contrarium admittit. Unde paria censentur esse, extra territorium, & esse in territorio, sed esse exemptum, *c. cism Episcopus. de offic. ordin. in 6. l. si in l. fin. n. 5. ff. de jurisd. Zas. ad eand. l. fin. ff. eod. Wesenb. conf. 88. n. 8.* Non enim † necessariò sequitur; Sum in territorio, Ergo sum sub jurisdictione Domini, *Natt. conf. 636. n. 7. vol. 1.* Nam etiam in ipso
- 63 † territorio potest esse locus exemptus, *Vant. de nullitat. sub tit. ex*
- 64 *defect. jurisdicct. n. 108. Socin. jun. conf. 68. n. 7. vol. 1.* Potest enim † ca-

strum cum territorio suo etiam in alterius provincia situm ad alium Dominum pertinere, & per se territorium facere à provincia separatum, *Abb. in cap. nimis. n. 1. vers. potest. de iurejur. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. in causa Hirnheim contra Pfaltz. n. 43.*

Indeque non pauci † Nobiles, Comites, Barones in alicujus Principis districtu castra & villas habent, quæ tamen quoad jurisdictionem illi subiecta non sunt, *c. dilectus. de Capell. Monach. Myns. resp. 16. n. 45. Thom. Mich. de iurisd. concl. 60.* Et hoc respectu locus aliquis potest esse quidem in territorio, non tamen de territorio Principis, *c. si propter. de rescript. Surd. decis. 129. n. 17. Zashar. Viet. d. conclus. 27. Zigler. in d. §. Landsassii. n. 29.*

Sic quòd Castrum † sit in territorio Januensium, non tamen de territorio Januensium, sicut loca exempta sunt in Diœcesi, non tamen de Diœcesi, tradit Ancharan. *consil. 437. n. 3.* Et quòd unus Dominus possit habere jurisdictionem in parte alterius Domini territorii, tradit Bald. *in l. uno delegatorum. in column. pen. de offic. deleg. las. cons. 146. n. 4.* Et jus terrendi apud unum, mœnia Caltri apud alium consistere posse, dicit Bald. *in c. 1. quid sit investitur. & in c. 1. §. è contrario. ad fin. de investitur. de re alien. fact. quem alleg. Zas. 2. cons. 16. n. 48.*

Quemadmodum enim non est inconueniens, ut unus † sit Dominus in universo, alter verò in particularibus, quibusdam rebus sub unversitate illa comprehensis, *text. in l. 1. §. fin. vers. sed enim gregem. ff. de rei vindic.* sic rationi juris non repugnat, ut idem circa jurisdictionem contingat, cum argumentum à dominio ad jurisdictionem & econtrà regulariter procedat, *ut per Bart. in l. 1. ad fin. de iurisd. & l. qui furere cepit. ubi idem Bart. ff. de stat. homin. quod ita ponderavit referens in causa Teutischenmeisters contra Ottingen/ apud Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 99.*

Hinc etiam in vulgari sermone differunt † locutiones hæ; In eines Fürsten Land vnd Obrigkeit / vnd / Vnder eines Fürsten Obrigkeit sitzen. *Bidenbach. in quæst. Nobil. 1. n. 16. Vietor d. concl. 27.* Qui verò ejusmodi † exemptionem docere non possunt, manent sub universalis Domini territorialis jurisdictione, ejusque subditi & Landsassii dicuntur. Nam Landsassen vnd Landsasserey ad jus territorii der Lands Obrigkeit correspondivè se habet, & à Landes sitzen derivationem accipit, *Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. Camer. 8. n. 4. Massh. Wehner. in pract. obs. verb. Landsasserey. Bidenbach. d. q. Nobil. 1.*

Hoc intuitu Landsass nihil aliud est, quàm homo jurisdictionalis, cui in omnibus præcipi ac mandari potest à Domino territorii,

ritorii, cui homagium præstat, ac Principem pro suo agnoscit, & nominat Erbherren vnd Landfürsten/ ut post *Gylman, Schryvaneman*, scribit *Wehner. d. lo.* quamvis definitionē der Landfasserer periculosam & multis Imperii conventibus sollicitē & curiosē quæsitam, nondum tamen inventam scribit *Waremund. ab Ehrenb. de fæderib. lib. 2. c. 1. n. 40.* & post eum *Zigler. in d. §. Landsassli. n. 15.*

## CAP. II.

DE ACQUISITIONE ET CONCESSI-  
ONE juris territorialis, & quibus id  
competat.

- 1 CUM Princeps Romanus † universalis Mundi sit Dominus, Quoad jurisdictionem & superioritatem, *l. deprecatio. ff. de L. Rhod. de jact. l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript. inde fit, ut quæ-*
- 2 cunque jurisdictione † in orbe Romano, qui est summi Principis territorium, existit, ea vel Principis Romani esse, vel ab eo manasse præsumitur, eruditè inquit Vir juris nostri peritissimus *Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judicat. lib. 3. tit. 12. definit. 17. n. 1.* cum translata lege Regiâ omni potestate non alius jurisdictionem † & terrendi potestatem habere possit, quàm Princeps supremus, aut cuius jurisdictionem & territorii jus dederit, ut idem Vir doctissimus in *Consultat. gravissima de Ducat. Montisfer. pro Duc. Sabaud. part. 1. pag. 43. dicit.*
- 4 Itaque concedere † jurisdictionem territorialem, solius est Imperatoris, tanquam fontis omnis dignitatis & jurisdictionis, *Roland. à Vall. cons. 100. n. 3. 4. 5. 6. 7. vol. 4. Petr. Heig. 9. 2. n. 7. Andr. Knich. de sublim. & reg. territ. jur. c. 1. n. 306. 307.* ex quo solo omnis potestas territorialis, superioritas, dignitas, & jurisdictio pullulat, profluit & promanat, ad eundemque refluit, *Bald. ad c. 1. n. 2. de allod. Menoch. 2. præsumpt. 14. n. 4. per cap. 1. de Feud. March. Rosenhal. de feud. c. 5. concl. 4. n. 1. & 2. fac. l. 1. ad l. lul. ambit. l. 1. ff. de constit.*
- 5 Princip. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfæt. urb. Ideoq; nulla † terra, cum regali territorii jure, fieri vel possideri à quopiam potest, nisi quam Imperator constituerit, concesserit, & sub universitate dominii consistere jusserit, *Tob. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 8. n. 31. 39. & seqq. Ioh. Gædd. in respons. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 236.* vel ita à tempore hominis memoriam excedente possideri passus sit, *Andr. Knich. in tract. de jur. territ. c. 3. n. 53.*
- 6 Præcipuus † & potissimus modus conferendi territorium

cique

eiq̄ue annexam superioritatem, est concessio Principis per modum feudalis beneficii & investiturę sub nomine & qualitate der Landes oder Hohen Ober- vnd Hertigteit / Petr. Gregor. de concess. Feud. quęst. 8. part. 1. Matth. Steph. d. c. 7. n. 125. Inde q̄ue iurisdictiones † omnes pres̄umendas esse non modò datas à Principe, sed etiam Feudales, dicit Anton. Fab. in d. consult. pag. 43. nisi expressim constet de contrario. Bald. in c. ad audientiam, col. ult. X. de pres̄cript. Castrens. conf. 179. n. 15. lib. 1. Et quamvis Itali † allodiam quoque 8 constituent, quę donationis titulo permittitur, in qua hæreditario jure succeditur, Decian. confil. 269. post princ. per c. dilecta. de major. & obediens. Purpur. confil. 119. n. 13. communiter tamen apud nos Feudi lege concessa censerī debet, Andr. Knich. de jur. territ. d. c. 1. n. 42.

Pro ratione dubitandi facit, quòd † superioritas concessionis 9 sit nescia, quia illa est de essentia Principis, ei q̄ue medullitùs adhæret, Corset. de potest. reg. part. 1. q. 4. Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 3. c. 2. n. 26. in qua consistit substantialis essentia Majestatis, Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. gl. 4. sub n. 16. Covarr. pract. 99. cap. 4. circa pr. Ideo q̄ue in omni concessione censetur reservata superioritas, c. audum. §. hoc igitur. de præbend. in 6. l. inquisitione. & ibi Dd. C. de solution. Sixtin. 1. de regal. c. 5. n. 3. & seq. Mart. de iurisdictione. p. 4. cas. 196. n. 6. & seqq. Cacheran. decis. 170. n. 3. Rosenthal. de Feud. cap. 8. conclus. 15. n. 3. Decian. confil. 123. n. 25. vol. 3. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. Cam. 6. n. 88.

Est namque † superioritas sublimioris Imperii summiq̄ue do. 10 minatus symbolum, Ioh. Gædd. in resp. jur. de restitut. Baron. Vallend. n. 105. Si itaque penes Imperatorem † semper remanet superio. 11 ritas, per concessionem ad Status Imperii non transibit; tùm quia eadem res ad duos in solidum pertinere non potest; tùm quia absurdum † foret, duas superioritates constituere in uno 12 Imperio, Natt. conf. 636. n. 170. Thom. Mich. de iurisd. concl. 8. Et superioritatis non datur superioritas, supra quam nullus existimatur ascensus, Bald. conf. 434. n. 1. vers. duodecimò sic arguo. vol. 3. Knich. de sublim. & reg. territ. jur. c. 5. n. 70. sicut nec servitutis servitus, l. 1. ff. de usu & usufr. nec commodum commodi, l. 2. §. si indemnitas. ff. de administr. rer. ad civit. pertinens. nec lucrum lucri, Marc. Ant. Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 7. n. 30. & seqq. nec accidentis datur accidens: quamvis † iurisdictionis iurisdictione esse possit, ut testa. 13 tur Knich. de restitut. paction. part. 2. cap. 1. n. 35. ex Bald. in c. uno delegatorum. 42. n. 15. Hering. de Fideiuss. c. 4. n. 55.

Pro ratione decidendi distinguendum inter † superioritatem 14 Impe-

- Imperialem & absolutam, quæ fundatur in supremo & universali totius Imperii dominatu; & inter superioritatem territorialem, quæ fundatur in alicujus certi districtus jurisdictione & Imperio, salvâ supremi Dominatus recognitione: Illa concessionis nescia; quia non habet gradum supra se, & non est dare ascensum super eam, *Don Garf. Masrill. de Magistratib. lib. 3. c. 2. n. 25.* Hæc citra illius læsionem concedi & transferri potest. Neque etiam ex tali concessione accidentis generatur accidens, quia hæc subordinatur illi supremæ. Non autem absurdum est, ut accidens accidenti subordinetur vel in eodẽ subjecto, vel in diverso.
- 15 Acquiritur etiam territorialis † jurisdictione præscriptione & consuetudine, *Andr. Knich. de jur. territ. c. 3. n. 53. & seqq. Joh. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 175.*
- 16 Sicut enim ipsum † territoriũ præscriptione quæritur, ita etiam jurisdictione, quæ ei materialiter & passivè cohæret, & in eo quodammodò plantata & radicata est, *Socin. jun. cons. 146. n. 22. vol. 3. quod ita considerat referens in causa Hirnheim contra Chur Pfalz / apud Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 25. fol. 804.*
- 17 Et omnimodam jurisdictionem † consuetudine quæri posse, post gl. tradit Bart. ad l. 5. de jurisd. n. 9. Hieron. Treutler. vol. 1. disp. 3. thes. 6. lit. e. in nor. quia tempus immemoriale habet vim privilegii & concessionis, *l. fin. de aqu. pluv. arc. l. hoc jure. ff. de aqu. quotid. Menoch. 2. arbit. cas. 43. Ernest. Cothm. cons. 79. n. 72. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. n. 139.* favorque & veneratio † antiquitatis & temporis immemoralis, loco tituli, *Gabriel. in commun. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. n. 44. & seq. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 118. & post.*
- 18 Sessio † cursu suo absoluta titulum præsumptum manifestò æquivalentem conciliat, *Andr. Knich. d. c. 3. n. 53. & in comment. ad jus Saxon. verb. Ductum Saxonie. c. 9. p. 222. in fin.*
- 19 Et in hoc differre puto † usucapionem & immemoralis temporis usurpationem, quòd ad hoc, ut usucapio censeatur legitima, requiratur titulus; Immemoriale verò tempus est loco tituli, & alium titulum non desiderat. Idque ex hac ratione fieri
- 20 existimo, quòd † elapso tanto tempore, cujus initii non extat memoria, valde difficile foret, probare titulum, indeque difficilia quæ sunt, annumerantur impossibilibus, *Arist. 5. Metaph. Es est text. in l. si familie. 55. ibi: tam difficilis, ut pænè impossibilis videatur. ff. famil. ercisc. l. nepos Proculo. ff. de V. S. l. 2. de his, qui estud. vel dejec.*
- 21 Menoch. 5. arbit. cas. 421. n. 69. Ideoque ea, quæ fieri † commòdè non possunt, censentur simpliciter fieri non posse, quæ dicitur impossibilitas civilis & legalis, *Zas. ad l. possessio. 1. §. municipales. 22.*

n.9. ff. de acquirend. possess. Ad impossibilia † autem nemo adstrin- 23  
gi debet.

Et verò quemadmodum † sola tam longi & immemorialis 24  
temporis antiquitas facit, ut quamvis ab initio probari potuis-  
set titulus, postea tamen probari id non possit à tanto tempore,  
omnibus, qui tùm adfuerant, extinctis, *l. in lege Aquilia. 40. ff. ad*  
*L. Aquil. ne quidam per auditum, & eo modo, quo immemoria-*  
*lia pleraq; probari solent, l. si arbiter. 28. ff. de probat. æquissimum*  
est sanè, ac rationi ad primè consentaneum, ut omnes hi proba-  
tionum † defectus, quos temporis antiquitas parit, ejusdem 25  
antiquitatis autoritate suppleantur, ut eleganter elegantissimus  
Anton. Fab. docet in *consultat. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sa-*  
*band. part. 1. pag. 19. ubi subjicit illud Ovidianum:*

*Vulnus Achillæo quod quondam fecerat hosti,*  
*Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.*

Quamobrem † præsumptio, quæ insurgit ex hoc cursu tempo- 26  
ris immemorialis, est juris & de jure, & difficulter admittit pro-  
bationem in contrarium, *Mench. 1. consul. 90. n. 67. & lib. 3. præ-*  
*sumpt. 131. n. 39. Quid verò sit immemoriale † tempus, non con-*  
27  
venit inter Dd. Sunt enim qui asserunt, immemoriale tempus  
id non dici, cujus initium quocunq; modo ostendi potest, *Co-*  
*varr. in cap. possessor. 2. part. relef. §. serius. n. 8. Balb. 2. part. 3. part.*  
*princ. quest. 6. n. 26. sive per instrumenta, sive per literas & alia*  
monumenta, *Mascard. de probat. conclus. 1043. quæ opinio † si sub-*  
28  
sisteret, nec diluvium, nec orbis initium hac ratione immemo-  
riale tempus dici posset, *ubi dicit Wesenbec. cons. 2. n. 82.*

Itaque Wesenbecio & aliis immemoriale tempus dicitur,  
† quod excedit annos centum. Nam quod excedit centum an- 29  
nos, memoriam hominum utique superat, quia iste censetur ul-  
timus vitæ humanæ terminus, *l. ubi. c. de SS. Eccles. l. an usus fructus.*  
*ff. de usu fruct. Wesenb. d. consul. 2. n. 77. Francisc. Balb. de præscript. part.*  
*2. part. 3. princ. q. 6. n. 24. Job. Gædd. de restit. Baron. Vallend. n. 533.*

Sufficere tamen puto ad † immemorialis temporis constitu- 30  
tionem, si memorari de principio nemo possit. Itaque in foro  
† ut probetur tempus carere memoriâ, sufficit testes laudare ca- 31  
nitie venerabiles, qui nec se vidisse, nec homines, qui viderint,  
vidisse, sed à Majoribus semper contrarium audivisse, profiten-  
tur, *arg. l. si arbiter. 28. ff. de probat. Zachar. Viet. de exempt. conclus. 18.*  
vel etiam, si testes ita deponant: Quòd nemo aliter, sed eorum  
unusquisque à primo ortu & memoria ita semper & ubiq; non  
aliter homines loquentes audiverint, *cens. de probat. juris gent. loqui.*

sur Plat. 8. de legib. & ex eo Alberic. Gentil. de jure bell. lib. I. c. I. pag. 13. paulò distinctiùs hanc rem explicat Mynsing. 1. observ. 30. per tot. Andr. Geil. 2. obs. 66. n. 7.

32 Pro ratione dubitandi facit, quòd aduersùs ꝑ ea, quæ Principi sunt reservata in signum præeminentiæ, nulla currat præscriptio, cap. cum inter. X. de consuetud. gl. in c. volumus. 16. q. 4. Sixim. 1. de rega. lib. cap. 5. n. 145. Zas. 2. consil. 16. n. 12. Don Garf. Mastrill. de Magistrab. lib. 3. c. 2. n. 26. Atqui jura superioritatis ꝑ & territorii concedere, solius est summi Principis, tanquam fontis omnis supremæ dignitatis, per ea, quæ in principio hujus cap. dicta sunt.

34 Pro ratione decidendi hæc notanda distinctio: Quòd quæ competunt ꝑ Principi in signum superioritatis sive universalis recognitionis, ut est obedientia & quæ ei annexa sunt, ea neq; præscribi, neque tempore immemoriali quæri possunt, Bald. de præscript. 2. part. 5. part. princ. q. 1. n. 3. per ibi tradita. Quæ verò Principi ꝑ reservata sunt in signum præminentis dignitatis, ut sunt concessio territorialis superioritatis regalium & similiù jurium, ea immemoriali tempore, salvâ extremâ & supremâ Principis potestate quæri possunt: & ita intelligendum quod Dd. dicunt, Tale tempus vim privilegii & concessionis obtinere etiam in his, quæ sunt reservata Principi, c. super quibusdam. §. præterea. de P. S.

35  
36 cum summus Princeps ꝑ immemoriali tempore robur dederit, ut haberet illud vim concessionis & juris plenissimi, illud voluit æquivalere speciali concessioni. Plura de hoc acquirendi superioritatem modo & ejus requisitis vide apud Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 139. & multis seqq.

37 Nota prætereà, ꝑ non in quemvis cadere hanc territorialis jurisdictionis superioritatem, sed necesse est aliquem immediatum imperii subditum esse. Nam in hunc, qui non est immediatè sub imperio, non potest cadere causa juris sublimis potestatis territorialis, quæ est, quòd quisq; Princeps & Comes in suo territorio jura summi Principis exercet, & possit in suo territorio ea, quæ potest Imperator in toto, Joh. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Pallend. n. 208. & ibi relati.

38 Nam si in mediatum ꝑ Imp. hanc dignitatem conferre vellet, ut in suo solo esset superior, præjudicaret Domino immediato, quod juris ratio non admittit, N. U. de Anno 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungs handlung. Concessiones ꝑ namq; Principis semper intelliguntur fieri salvo jure tertii, l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. l. 40. de administr. sur.

Hinc etiam est, quod terra. † quæ non reperitur in matricu- 40  
la Imperii, nec etiam in *Ansschlag des Reichs* / non præsumitur esse  
per se territorium, & immediatè sub Imperio, sed esse de alicu-  
jus Principis provincia & ejus superioritati subjecta, ut idem  
*Gadd. d. respons. n. 212. ex Gylmann. & Geil. tradit.*

Hac occasione denuò notavi differre territorialem † digni- 41  
tatem à regali feudali. Siquidem regalis Feudalis, qualis est e-  
tiam Comitatus, Baronatus, potest etiam cadere in mediatum.  
Et ita multi sunt † Comites & Barones, qui quidem de dignita- 42  
te regalis Feudi investiti sunt, territorialem tamen jurisdictio-  
nem & superioritatem non habent, cùm sint aliorum Princi-  
pum Landsassii, & salvâ illorum superioritate seu *Landesfürstlich*  
*er Obrigkeit* dignitatem tituli habentis annexam regalem præ-  
eminentiam nacti sunt, *per textum clarum & apertum in d. N. U. de*  
*Anno 1548. §. Biewol auch in der Ringerungs handlung. adde ea, quæ*  
*suprà cl. 4. cap. 14. circ. med. tradidi.* Et vice versâ † in Nobiles Im- 43  
perii immediatos cadere potest territorialis dignitas & pote-  
stas, *Bidenbach. Nob. quest. 1.* qui tamen regalis dignitatis expertes  
sunt, ut notum est, siquidem Nobilem esse, non est regalis digni-  
tas. Pari ratione Civitates Imperiales territorialia jura usurpât,  
etiã si feuda regalis dignitatis non possideant.

## CAP. III.

DE DEFINITIONE SUPERIORITATIS  
territorialem, der Landes Hohen Obrigkeit.

DIFFICILE † est de hac territoriali superioritate von der 1  
Landes Fürstlichen oder Landes Hohen Obrigkeit aliquid scribere,  
cùm & nomen & res der Fürstlichen Landes Obrigkeit vnd Oberherr- 2  
lichkeit nec legibus expressa, † nec usu juris satis definita aut cer-  
tis limitibus circumscripta reperiat; 2 deoq; juri nostro scri-  
pto incognita, & solis moribus introducta, variegq; usurpata, uti  
ex variis Cameralium votis apud Gylmann. Meichsner. & alios  
apparet, & refert Matth. Wehner. *in practic. obs. verbo, Landsfürst-  
liche Obrigkeit. pag. 458.* ubi aliquot refert opiniones, ad quem eas  
scire cupientes remitto.

Mihi superioritas & jurisdictio territorialis † die Landes Fürst- 3  
liche oder Landes Hohe Obrigkeit nihil aliud est, quàm jus & exer-  
citium summi, post Principem seu Imperatorem, imperii, eique  
annexorum regalium, quod in omnes territorii istius septis in-

clusos homines, tanquam subditos regulari juris præsumptione cōpetit, donec probetur exemptio, privilegio vel, quod ei æquivalet, immemorabili tempore quæsitā, ex notoria rei evidentia, vel testibus vel documentis.

- 4 Et ita ex multarū † causarum relatione & votis apparet Cameralibus, quod allegans exemptionem & immedietatem contra Dominum seu Principem territorialem, eam vel ex privilegio, vel testibus, vel documentis, vel aliis argumentis probare necesse habuerit.

Dixi autem, esse jus summi post Principem Imperii, tum ad differentiam † imperialis & territorialis superioritatis. Nam summus Princeps solus per prius habet territorium, quod fundatur in omnibus territoriis inferiorum, & est supra omnia territoria territoriorum & ubiq; locorum, quoad recognitionem universalis dominatus & Imperii, ex quo ubique locorum intentionem suam fundatam habet, secundum Bald. in c. 1. col. 1. de his, qui feud. dar. poss. Menoch. consil. 2. n. 5. Don Garf. Mastrill. de Magistrat.

6 lib. 1. c. 3. n. 7. Inde q; Imperatoris † superioritatem Imperialem respectu inferioris territorialis distinctionis gratiā appellare volui: tum etiam hisce verbis innuere volui, quod territorialis † inferiorum potestas intelligatur, salvā & illæsā Imperialis potestas.

8 tis recognitione: tum denique, quod non † nisi in immediatum territoriale illud cadat Imperium, per ea, quæ supra cap. præced. no.

9 *sata sunt circ. fin.* Si enim alium quàm Imperatorem † superiorem quis agnoscat in suo solo & districtu, utique is post Imperatorem superior dici & superioritatis territorialis jus habere & usurpare non potest, sed erit Landassius Domini territorialis, etiam si merum & mixtum Imperium ac simplicem jurisdictionem habeat, quæ omnia sine superioritate territoriali consistere (quamvis eidem in dubio adhærere censeantur) possunt, & separationem admittunt ab illa, quæ dicitur die Landes Fürstliche

10 oder Landes Hohe Obrigkeit. Nam criminalem † tantum jurisdictionem habens, nullum subjectionis sive competentiæ jus habet, nisi delicto commisso, *Iacob. Butrig. in l. 1. ff. de offic. præf. præf. Aff. Et. in cap. un. qual. Vasall. jurar. deb. fidelit.* Ideoque exinde tantum malè sibi vendicat jurisdictionem.

11 Neque novum † est, ut una provincia plurium dominatu fatigetur, alio summum Imperium, alio jurisdictionē simplicem, alio jus gladii, alio jura sibi vindicanti, *Gylman. in symph. suppl. tom. 1. part. 1. tit. 3. vos. 2. n. 15. Zigler. in commun. conclus. §. Landassius. n. 74-75.* ubi subjicit, quod non infrequens, das Zweye Drey. oder

Bier, Hertzge urbes seu provinciæ reperiantur, ubi unus habet die Landesfürstliche / alius die Fürstliche Obrigkeit / tertius die Wittbahn / quartus die Forstliche Obrigkeit / alius die Vogtey, vnd Erbgerichte.

Posui in definitione hanc vocem † Imperii, quæ generaliter 12 accepta, omnia superioritatis jura & actus suis quasi ulnis complectitur, & vel per directum, vel per obliquum, latissimum territorialis dignitatis exercitium pervagatur. Et ita etiam † ab 13 Aessoribus Camerae Imperialis reperio explicari, *ut videre est apud Meichner. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 67. fol. 144. in causa Ewerfeld contra Richter vnd samptliche Hoffleuthe des Hoffes Horbede. & d. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 70. ibi: jus regnum vel Imperii. fol. 633. in causa Teutischen Meisters contra Ottingen. Gylman. in Symph. supplic. tom. 1. part. 1. tit. 3. vol. 2. n. 16. quibus adde Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. c. 3. n. 10. ibi: licet hodie habentes jura Imperii, in eorum dominiis Principes nuncupantur. ubi per jura Imperii intelligit jura superioritatis territorialis. Addidi præterea verba, eiq; annexorum regalium; quia † regalia territoriali potestati, præsertim si illa ex 14 possessione feudi regalis, utpote Ducatus, Comitatus, &c. descendat, ut plurimum insunt, *ut supra suo loco monui. fac. c. 1. in pr. de Feud. March. Paurmeiß. lib. 2. de jurisd. c. 4. n. 43. Rosenh. de Feud. c. 5. conclus. 13. 14. Non verò econtrâ sub regalibus jus superioritatis comprehenditur, Borchhold. ad c. 1. n. 20. Quæ sint regal. Thom. Mich. de jurisd. concl. 68. quamvis in usu loquendi sæpè commisceantur, per ea, quæ iradit Sixm. de regalib. lib. 1. c. 1. n. 19. & seqq.**

Adjeci præterea in definitione, in omnes istius territorii septis inclusos homines regulari juris præsumptione 15 competens; quia quicquid † sub ambitu territorii des Landes Fürsten continetur, ejusdem jurisdictioni subesse eique parere censetur, *per ea, quæ supra cap. 1. n. 22. & 1899. hac class. iradita sunt.*

Verba illa inserta definitioni, tanquam subditos, ostendunt 16 † correspectivam habilitatem & relationem utriusque ad alterum. Sicut enim pater esse non potest propriè (nam & Esavitæ dicuntur Patres, quamvis palàm liberos non agnoscant) sine prole, ita nec Dominus & superior territorialis sine subdito, cujus respectu dicendus est superior. Nam superioritas † se habet 17 ad subjectionem ut correlatum, quod sensum absolutum, manendo tale, nauscat. Sic & vice † versâ Landsassen & Landasserey 18 ad jus territorii des Landes Obrigkeit correspectivè se habet, *ut suo loco superius dictum.*

Hinc etiam eines Landes Fürsten territorium † respectu suorum 19 Landassiorum definitur, terræ spatium jurisdictione (intellige

omnimodâ) munitum, Bald. in rubr. quæ sint regal. Boër. decis. 227, n. 7. Bidentbach. in Nob. quæst. 1. & ibi allegari, Hieron. de Mont. in tract. fin. regund. c. 6. n. 10. Hieronym. de Cavall. in spec. comm. opin. quæst. 899, n. 6. Deinde, hanc † restrictionem adjeci respectu forensium, qui ratione rerum ferunt etiam onera realia, Wehner. in practic. obs. verb. Landsasserey. & ratione exemptorum & privilegiatorum, quia paria sunt, non esse in territorio, & esse, sed tamen exemptum & privilegiatum, per ea, quæ suprâ latius dicta sunt. Et hæc de quali-quali territorialis superioritatis descriptione dicta sufficiant: Brevibus etiam erit agendum de actibus, in quibus illa fundatur, exercetur & probatur.

## CAP. IV.

DE ACTIBVS CORRESPECTIVIS  
superioritatis territorialis der Landes Hohen Obrigkeit/  
& subjectionis Landsassorum, & ex quibus tam  
illa, quam hæc arguatur.

## HOMAGIUM.

- 1 JURISDICTIO territorio licet † si totum intellectuale & individuum, constat tamen ex diversis & separatis actibus jurisdictionalibus, ex quorum uno non semper inferitur ad alium.
- 2 Vdatric. Zas. lib. 2. singul. respons. c. 31. n. 3. in fin. Primus actus † superioritatis territorialis & subjectionis exerceri solet in receptione & præstatione Homagii, seu juramenti subjectionis; siquidem Dominis territorialibus per Landsassios & alios subiectos juramentum subjectionis die Erb: ynd Landes Huldigung præstandum est statim in ingressu regiminis, so bald im Antritt ihrer Regierung/
- 3 confer Andr. Knich. de jur. terris. c. 3. n. 155. Hoc enim † prima agnitio & confessio subjectionis est, Thom. Michaël. de jurisdic. concl. 57. Geil. de arrest. cap. 6. n. 10. Ernest. Coshman. respons. Academic. 47. n. 38. Hieron. Schurff. 3. consil. 35. n. 13. vers. potissimum. Meichsner. tom. 2. lib. 2. 4 decis. ult. n. 122. & seqq. & maximum obsequii † & humilitatis signum ostendit, Mart. de jurisd. part. 1. c. 27. n. 1. ac superioritatis recognita tessera, Andr. Knich. de jur. terris. c. 3. n. 168.
- 5 Arguit autem hoc juramentum † subjectionem & superioritatem, non à priori, sed posteriori: Non enim idè quis censetur subditus, quia jurat; sed quia subditus est, idè jurat. Et

vice versâ, non ideò quis superior est, quia recipit juramentum; sed quia superior est, ideò exigit & recipit hoc ipsum, indeque si † subditi præstare reculent, officio judicis vel conditione ex moribus, seu ex *l. i. i. i. b. s. c. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. II.* ad id compelli possunt, uti & mandata pœnalia adversus subditos nolentes jurare, oder die Erbhidigung erstatten / in Camera impetrare possunt Domini, *Auctor Decis. seu præjudic. Camer. verb. subditus. Maul. de homag. tit. I. n. 27.* modò soliti sint subditi † jurare 7 homagium, cum hoc jus præstandi homagii longissimo tempore præscribi possit, *Specul. in §. quoniam. vers. queritur. de feud.*

Præterea, si † pacto speciali aut consuetudine inductum est, 8 ut Domini priores jurent, vel stipulatâ manu, vel literis datis promittant, quòd jura, libertates & privilegia subditorum facta testaque conservare & tueri velint, adeò ut si Domini id facere reculent, subditi citra piaculum & periculum, homagii præstationem recusare possunt, *arg. l. cum proponas. C. de pact. Maul. d. tit. I. n. II. & 12.* quo casu hoc negotium transit in contractum correspectivum. Atqui ex † contractu correspectivo nemo 9 agere aut ullo modo aliquid petere potest, nisi primò ipse contractum ex parte sua ad amissim adimpleverit; qui enim differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur, *l. Iulianus. §. offerri. ubi Da. ff. de action. empt. l. quaro. §. interlocutores. ff. locat. c. perveniat. ubi Abbas. de jurejur.* Neque † recipit quod o. 10 portet, qui non facit quod debet, *cap. esto. in gl. dist. 95. cap. frustra. de R. I. in 6.* Et qui fidem † contractus correspectivi non implet, 11 facit ut adversa pars liberetur & placita observare non teneatur, *d. c. frustra. ubi Ioh. Andr. Dyn. l. cum proponas. lat. 2. ibi Ias. & Alex. C. de pact.* Ex eo † enim se juvare nemo potest, quod ipse impu. 12 gnat vel transgreditur, *cap. ex eo. & ibi Dyn. de R. I. in 6. l. auxilium. ff. de minorib.* Quod verum † est, etiam si is, qui exigit aliquid ab 13 altero, ex parte sua omnia propè adimpleverit, sed in modico capitulo defecerit, eique onus probandi implemendum illud incumbat, qui implete prius tenebatur, *Harrm. Pistor. quest. lib. I. 9. 22. per tot. Decian. respons. 60. n. 45. lib. 2.* ut latè disputatum in den Gerichtlichten Acten der Statt Braunschweig Huldigung betreffend. part. 1. fol. 238. & seq. Et quòd ille mos jurandi Dominorum, promissionis reciprocae, in omnibus ferè Christiani orbis regnis receptus sit, suprâ *class. 3. cap. 9. n. 16. & seqq.* probatum est. ubi rationes in contrarium facientes discussæ.

Ad propositum redeundo, notandum † est, verbum illud 14 Homagii Huldigung esse æquivocum. *Wehner. in pract. obs. verb.*

- Landes oder Erbthudigung. *in pr.* ipseque actus juramenti non uno modo usurpatur, in subditis, Vallallis, domesticis, confœderatis, aliisve pro cuiusque negotii natura, *Matth. Steph. de jurid. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 227. Vult. I. Feud. c. 6. n. 4. Casp. 2. Feud. in. 7.* Unde
- 15 ratione † Feudi, familiaritatis & subjectionis juramenta exiguntur, *Alvarot. Bald. & Afflic. in c. 1. qualis. Vall. Domin. jur. fidelitas. Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 85. & seq.* quæ tamen in unam eandemque personam diversâ consideratione concurrere possunt, *ut videre est apud Vult. d. loc. ubi vid.* unde vulgo Huthudigungspflicht /
- 16 Lehenpflicht / Ampts- oder Dienstplicht. Formulam † der Huthudigungspflicht refert Wehner. *in pract. obs. verb.* Landes oder Erbthudigung. pag. 464 cuius summa est, quod jurans sibi curæ esse velit, vitam, corpus, honorem & commodum Domini, getrew / hold vnd gehorsamb zu seyn / *Maul. de homag. d. tit. 1. & was ein getrewer Landfasse vnd Bunterhan seinem rechten Erbherren vnd Landesfürsten zu thun schuldig ist.* Et quod hac formulâ secundum Germanicæ consuetudinem uti solent Domini Provinciarum & terrarum perpetui in receptione homagii à subditis, testatur Rosenth. *de Feud. cap. 6. concl. 85.* Et ex huiusmodi homagio probari subjectionem, asseverat Geil. *in tr. de arrest. Imper. c. 7. n. 10. & seqq.* Formula † fidelitatis vassallicæ refertur *in c. 1. de nova form. fidelit. & c. 1. qualis. Vall. Domin. jur. sen.* Formulam † juramenti familiaritatis quod attinet, illa pro officiorum diversitate variat, & ex ipso quotidiano rerum usu apparet.
- 19 Præterea, præstatur † aliquando homagium non ad inducendam vel arguendam personæ subjectionem, sed rerum in alterius territorio possessarum recognitionem, *Isern. in c. 1. n. 1. & ibid. Alvarot. n. 1. Paurmeist. lib. 2. de jurid. c. 8. n. 112.* Ideoque ab
- 20 homagio † ratione rerum præstito non eff fundanda qualitas subjectionis personalis, cum illa tanquam personæ naturalem libertatem imminuens sit stricti juris & odiosa, ideoque interpretationis extensione non adjuvanda; tum quia odiosa non sunt extendenda, *c. odia. de R. I. in 6.* tum quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, *l. non omnis. 19. in pr. de reb. cred.* eoque respectu & ad eum finem, ad quem interponitur, interpretandus. Finis enim in omni actu, quo se dirigat, inspicere debet, *Menoch. conf. l. n. 31.*
- 21 Hinc plurimi in Romano Imperio † existunt, qui ratione rerum Principi homagium præstant; ratione autem suæ personæ omnino liberi, & nemini nisi Cæsari subiecti sunt: eosdemque Constitutionibus Imperii non secus ac alios immediatos com-
- pre-

prehendi, infinitis præjudiciis demōstrari posse testatur Thom. Michaëlis *de jurisd. concl. 58. lit. b. in notat.*

Ex his etiā ulteriùs infertur, † quòd quis duobus vel pluribus 22 præstare possit homagium die Erbhutdigung. Exemplum habemus in quibusdam Liberis Imperii urbibus, quarum quædam vicino Principi præstant fidelitatis sacramentum, salvâ Imperii libertate, *Teleman. de Benign. syntagn. 4. dec. 1. vol. 10. n. 18. Zachar Viet. de exemption. concl. 36.* Sic non ita pridem Hamburgum, † quod 23 jam olim Imperiali decreto pro Libera Imperii civitate agniti, Regi Daniæ, tanquam Duci Holsatiæ, salvâ Imperii libertate homagium die Hutdigung præstitit, neque tamen ei subjugata est, ut notum. Unde apparet, daß die Erbhutdigung simpliciter & absolute non sit fundamentum der Bogtenntchen oder Landesfürstlichen Obrigkeit/ sed saltem adminiculū, *ut consulendo iradit Wehner. in consil. Franconic. consil. 79. n. 2.*

### PROTECTIO.

Postquàm Dominus territorialis à suis subditis debito modo recognitus, ad ejus officium † pertinet, ut subditorum suorum 24 bona, res & personas protegat, defendat, & tueatur, indeque protectio generalis, defensio & custodia territoriorum, tam juris quàm facti, de potioribus juribus jurisdictionis & superioritatis dicitur, *Chassan. in catalog. glor. Mund. p. 5. n. 195. Vldaric. Zaf. 1. cons. 14. n. 8. & multis seqq. & cons. 15. n. 4. 5. & seqq.* Et soli Principi, † 25 vel ei, qui jura Principis obtinet, talis protectio de jure competit, *Mench. de arbitrar. judic. quest. cas. 338. n. 3. Boër. decis. 179. Meichsn. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 5. 6.* ubi hoc latè consideratum dicit in causa Meynz contra Erffurt.

Hinc multi superioritatem † territorialem definiunt, quòd 26 sit protectio defensioque ratione jurisdictionis seu gubernationis territorii universalis competens, *Wehner. post alios à se allegatos, verb. Landesfürstliche Obrigkeit. p. 462. Thom. Michaël. de jurisd. concl. 44. lit. d. in notat. Zigler. in commun. concl. §. Landassn. n. 8.*

Et quamvis nuda protectio † nec jurisdictionem alicui tri- 27 buat, nec superiorum juri præjudicat, *sexi. in c. recepimus. in fin. X. de privileg. Hieron. Schurff. 3. consil. 23. n. 3. 4. & 12. quem refert & sequitur W esenb. cons. 48. n. 30. Andr. Geil. 2. obs. 54. n. 1. & 4. Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic. lib. 3. tit. 12. de fin. 5. Gerlac. Buxtorff. in dissert. aur. Bull. concl. 99. nec aliquem eximit, Waremund. ab Ehrenberg de fæserib. lib. 1. c. 4. n. 12. & seqq. Geil. d. obs. 54.* Siquidem † sub pro- 28 tectioe & commendatione esse, non est sub jurisdictione esse,

- sed sub defensione facti ab injuriis & violentiis, *Alb. Gentil. de jur. bell. lib. 3. c. 16. post princ. Gylman. in Symphor. supplic. tom. 1. pars. 1. tit. 6.* Unde vulgò dici solet, Advocatum vel defensorem Ecclesiæ non esse ejus Dominum, *per c. præterea. 23. de jur. patron. c. in singulis regn. de stat. Monach. Bald. in l. fin. C. de edict. Div. Hadr. toll. Duaren. de sacr. Eccl. Minister. lib. 5. c. 4. post princ.* Neque patronis & protectoribus sub specie patrocinii clientibus libertatē eripere fas est,
- 29 *Bodin. de republi. lib. 5. c. 6. p. 909. & 914.* Unde Clientes † non dicuntur Schutz Underthanen / sed Schutz vnd Schirmsverwandten: Denn Schutz vnd Schirm gibe keine Obrigkeit. *Geil. d. obs. 54. n. 1. 2. & 3.*
- 30 Ideoque territorialis † potestas die Landes Obrigkeit inde induci non potest, licet dicantur die obriste Schirmherren. *Ruland. de Commis. lib. 2. part. 4. c. 3. n. 12. Zach. Viet. de exempt. concl. 20. ubi ex Nat. subjicit, quòd potiùs evidens signum jurisdictionis & superioritatis non competentis sit protectio, si peculiaribus pactis impetretur, Nat. cons. 636. n. 1. quamvis non rarò † protectionis jus, jurisdictionis initium existat, Frid. Mind. de processib. lib. 2. c. 14. n. 5. Zigler. in d. §. Landsassii. n. 86.*
- 32 In nostris tamen terminis, † ubi non de pactitia protectione extraneorum, sed Dominorum territorialium loquimur, aliud
- 33 obtinet. Ideoque si quis tanquam Dominus † & superior intra proprios territorii sui fines alicui protectionem & clientelam promittat & præstet, adversus quemcunque, usu & moribus ad superioritatis jus refertur, ut *post Andr. Knich. & alios scribit Joh. Gædd. in resp. jur. de ressit. Baron. Vallend. n. 297.*
- Priori isti protectioni tanquam Dominorum ordinariorum
- 34 † jurisdictioni inhiant se subditi committere regulariter, aureâ Carol. I. V. Bull. & Noviss. Imper. Constitutionibus prohibetur. *Aur. Bull. tit. 15. prætextu parentelæ. & tit. 16. R. N. de Anno 1529. §. Wir / auch Churfürsten. ibi: Haben vns einmütiglich vergtiechen / das keiner des andern Underthanen / des Glaubens oder anderer ursach halber / in sondern Schutz vnd Schirm wider die Obrigkeit nemmen solle. quod repetitum in R. N. de Anno 1541. §. Vnd damit tm H. Reich Teutscher Nation. in fin. & de Anno 1548. & de Anno 1555. §. Es soll auch kein Landfried. de Anno 44. in pr. §. Doch soll auch kein Stand. Denais. in jur. Cam. verb. Pacis publicæ constitut. §. 2. Steid. lib. 6. comm. pag. mihi 171. quod multis consideratum in causa Meynß contra Erfurt. Gylman. in Symphor. supplic. tom. 1. pars. 1. tit. 2. vol. 1. Meichner.*
- 35 *tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 6. tùm quia † auctoritas veri Domini inde nõ parùm minuitur, Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 9. n. 19. Zas. 2. cons. 7. n. 5. & ita comparatum sit, ut homines plures orientem quàm occi-*

occidentem Solem adorent, ut ex Pompej. Syll. dicit Plutarch. in vit. Pompei.

Ideoq̄ tranquillitati publicæ † & reverentiæ, quam subditi 36  
 proposito à Deo Magistratui debent, contrarium videtur, ut  
 spreto ordinario, quem velint, protectorem eligant, cùm tuitio  
 & protectio subditorum & custodia totius territorii spectet ad  
 officium Domini, *L. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. Obrecht.*  
*de jurisd. c. 8. n. 97. Maul. de homag. tit. 11. n. 1. Boër. decis. 179. & quo-*  
*dammò † injuriâ afficitur Dominus, quasi non sit ejus animi 37*  
 & potentiæ, ut se suosq; subditos tueri queat, *Arum. in Aur. Bull.*  
*discurs. 6. concl. 2. pag. 251. faciunt ea, quæ supra dicta sunt: tùm quia*  
 † patrocini prætextu subditorum bona exhauriuntur, cùm 38  
 clientes pro Advocatia stipendium annuum vel aliud quid præ-  
 stare coguntur patronis, *Zaf. d. cons. 7. n. 5. Bocer. de jurisd. c. 8. n. 97.*  
*Zachar. Viet. de exempt. concl. 20. Interest autem † Domini, subditos 39*  
 non depauperari, *arg. §. sed & major. Instit. de his, qui sunt sui vel*  
*alien. jur.*

Hinc Salviani † Massiliensis graves querelæ, Opes scilicet te- 40  
 nuum patrociniis exhauriri. Quis enim est, qui nesciat, † Lu- 41  
 censes, Parmenses, Genuenses, Florentinos, patrocinium Regis  
 Hispaniarum ingenti mercede pacisci? inquit Bodin. *§. de repub.*  
*c. 6. p. mihi 911.*

Unde fit, ut patrocini pretium † à clientibus sæpè solvatur, 42  
 non ut ab hostibus vel finitimis, sed ut ab ipsius patroni patro-  
 ciniis tutiores sint. Et ita sæpè jus Advocatiæ plus æquo ex-  
 tendi, & ad quæstum & privatum lucrum transferri, docet Geil.  
*d. obs. 54. n. 6.*

Et uti Domini † subditos suos invitos alienare non possunt, 43  
*Hotoman. illustr. quæst. 1.* ita vicissim nec subditis fas erit Dominis  
 invitis patronum eligere, *Thom. Mich. de jurisd. concl. 137.* Quicquid  
 enim in uno † correlativorum dispositum est, censetur etiam in 44  
 altero dispositum esse, *l. fin. in pr. C. de indict. vid. tollend. & ibi Bart.*  
 & in *l. fin. ff. de acceptilat. Bald. in l. 1. C. de bon. matern. maximè † ubi 45*  
 aliquid dispositum est in uno correlativorum digniore, ut est  
 Magistratus, quo casu censetur etiam dispositum in altero mi-  
 nus digno, *gl. in rubr. de reb. cred. & ibi Bald. fac. l. quæritur. de stat. ho-*  
*min. fac. rubr. ff. quod quisq; jur. in alterum stat. Matth. Boys. in addition.*  
*ad tractat. Baptistæ de S. Blasio, cap. 3. n. 7.*

Et jam olim † legibus scriptis vetitum, ut nemo potentiorum 46  
 patrocinium impleret, *l. 1. C. ne liceat potentior. l. 1. C. ut nem. ad suum*  
 patrocini. Quod multò magis † hodiè obtinebit, cùm pace pu- 47  
 blicâ

- blicâ stabilita & sancita omnis violentia prohibita sit, N. U. de  
 48 Anno 1521. de Anno 1548. & de Anno 1555. & passim. Ac † denuncia-  
 tionibus bellicis per universum Imperium exulare iussis, pax in-  
 ter omnes sub Banni & proscriptionis pœna constituta, N. U. de  
 49 Anno 1595. d. recess. de Anno 1521. 48. & passim. Imò † literarum belli  
 denunciatorum scriptores eâdem, quâ ipsi auctores, pœnâ  
 teneantur, N. U. de Anno 1549. §. Dergleichen. P. H. D. art. 128. & 129.  
 50 Prædicta tamen fallunt, 1. Quando † subditi in universalis &  
 supremi Principis & protectoris, veluti Imperatoris, clientelam  
 se submittunt. Is enim cùm jam antea generalem potestatem in  
 omnes habeat, l. de precatio. ad L. Rhod. de jact. l. 3. C. de quadrien. pre.  
 51 script. Maul. de homag. cap. 11. n. 6. quod est supremæ † Majestatis  
 officium proprium, das keiner vber Recht beschwâret/ oder Rechtlos  
 gelassen werde. N. U. zu Augspurg de Anno 1530. §. Item wir hiebevör.  
 ibi: Vnd aber vns als Römischen Keyser gebâret/einsehens zu haben/  
 das niemand das seine mit Gewalt wider Recht entzogen/ıc. & in ead.  
 Constitui. in precedentib. §. Weiter nach deme. ibi: Als einem Christlichen  
 Keyser/der Rechts niemand weigern soll. Geil. d. obs. 54. n. 7. ubi prote-  
 ctionis ejusmodi privilegia ab Imperatore etiam privatis dari  
 asserit, das sie/ihre Kinder/vnd dero Güter in der Keyserlichen Majestät  
 Schutz vnd Schirm seyn sollen. neque subjectioni immediatæ ul-  
 lum inde generari præjudicium. Tale privilegium protectionis  
 à Rodolpho II. Imp. Opt. Max. pro se, uxore, liberis, famulis,  
 subditis & hominibus se impetrâsse Anno 1610. die 15. Septemb.  
 testatur Matth. Wehner. in pract. obs. verb. Schirmbrieff.  
 52 2. Fallunt prædicta in iis, † qui ex privilegio vel præscriptio-  
 ne jus eligendi protectorem usurpant, N. U. de Anno 1555. §. Es soll  
 auch. ibi: Das hiemit den jenigen/ so hiebevör von alters Schutz vnd  
 Schirmherren anzunehmen gehabt/nichts benommen seyn soll. Qui enim  
 jure suo utitur, nemini facit injuriam, per vulgata.  
 53 3. Fallunt prædicta, quoties † subditi ob justam & necessa-  
 riam causam alterius patrocinium implorare coguntur, quod  
 fit, quando Dominus territorii ordinarius illos vel propter ne-  
 gligentiam defendere nolit, vel propter absentiam, impoten-  
 tiam, aut alias causas defendere non possit, fac. l. 23. ff. quod met.  
 54 caus. Idq; consuetudine † Germaniæ quodammodò videri rece-  
 ptum testatur Sixtin. conf. 8. Marpurg. n. 104. & seq. vol. 3. Et ita pro-  
 cedere puto ea, quæ tradit Welsenb. conf. 48. n. 23. Geil. d. obs. 54. n. 4.  
 Hieron. Schurff. 3. conf. 23. n. 2. & seq. Et ita etiam limitat Buxtorff.  
 in dissert. aur. Biell. concl. 16. in nosas. circ. fin. Zigler. in comm. concl. d. §.  
 55 Landsaffii. n. 98. tùm quia omnis † ratio expediendæ salutis hone-  
 sta,

sta, Cic. pro Milon. suiq; ipsius † defensionem omittere non solum 56  
 culpa, sed dolus perhibetur, Bald. cons. 4. n. 111. Alb. Gentil. de jur.  
 bell. c. 15. tum quia † necessitas est ingens telū, nulli subiectū legi, 57  
 l. 1. de offic. procons. l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam. sed ipsa facit legem, c. re-  
 missionem. 1. q. 1. ac nulla curat privilegia, R. X. de Anno 1542. §. Vnd  
 nemitich. cum similib. laicē Tiraq. in traēt. lignag. §. 26. gl. 1. n. 19. & seqq.  
 Ideoq; factū necessitate urgente culpabile non est, c. ad limina. 30.  
 q. 1. Hieron. de Cavall. in spec. comm. opin. q. 906. n. 50. Et propter im-  
 minens † periculū receditur non solum à regulis juris cōmunis, 58  
 sed etiā prohibitivi, Ias. ad l. de pupillo. §. præterea. ff. de nov. oper.  
 nunciai. ubi allegat l. si quis filio exheredato. §. hi autem. in fin. de injust.  
 rupt. irrit. fact. testam. Za. 1. cons. 22. n. 11. ubi exemplo id illustrat.  
 Et urgente † durissimo necessitatis telo quæ injusta sunt, justif- 59  
 sima censentur, ut pulchrè declarat Bodin. §. de repub. cap. 5. pag. mi-  
 hi 896. adde Nevizan. in sylv. nupt. lib. 5. sub tit. quomodo judicandum.  
 n. 48. Si verò necessitas † vel alia justa causa urgeat alterius se 60  
 protectioni committere, cautè agendum est, ne novus patronus  
 magis hoste noceat, cum non rarò primus post protectionem  
 gradus existat invalio, Petr. Gregor. lib. 11. de repub. c. 11. n. 6. Et facilè  
 fit, ut patroni † in Dominos vel etiam tyrannos, clientes verò in 61  
 subditos vel etiam servos evadant, Bodin. lib. 5. de repub. c. 6. p. 914.  
 quod recentibus exemplis illustrat Zigler. in d. §. Landseßli. n. 103.

Unde & † Civitatibus & aliis Statibus libertatem amantibus 62  
 autor ego essem, inquit Frider. Mindan. lib. 2. de processib. c. 4. n. 7. ne  
 sine magna & gravi necessitate, idque cautè & prudenter, tutelæ  
 & protectioni potentioris sese subjicerent. Et tutius potiusque  
 existiment exiguum aliquod detrimentum vel incommodum  
 pati, gultu licèt insuaviore, quàm servitutē annuo emere salario &  
 mercede, sed plausibili protectionis titulo. Tutissimum cujusq;  
 Status & Magistratus patrociniū est, rectè agere, jus & justitiam  
 administrare, & cum vicinis, cujuscunq; illi conditionis sint, ami-  
 citiam colere, & si quæ contra jus, privilegia vel immunitatē at-  
 tententur, placidè & quàm citò sedare & cōponere, æquissimis  
 de jure & æquitate permissis & constitutis mediis utendo. Hæc  
 Mindan. adde Winsler. de collect. obs. 21. Boser. de polis. illustr. lib. 6. c. 15.

Cautelas † aliquot prudenter initæ protectionis tradit Bodi. 63  
 nus, quarum inter alias hæc sunt. [1.] Ut patrocinia sint gratui-  
 ta, quia officio merces non debetur, l. 1. ff. mandat. [2.] Ut æquif-  
 simis conditionibus † uterque utrique teneatur. [3.] Ut patro- 64  
 cinii † tabulæ, quas nostri protectionis literas appellant, Ger- 65  
 manicè Schuz, vnd Schirmbrisse/ quibus testatum sit clientibus,  
 jura

- jura salva & integra futura, quæ tabulæ à novis successoribus ratæ habendæ : alioquin patrociniū morte clientis æquè ac  
 66 patroni dissolvitur. [4.] Ut patrociniā † breviorē temporum intervallo circumscribantur & terminentur, ut si clientibus graviora videantur, mutari; si honesta, continuari possint, quod  
 67 exemplis illustrat. [5.] Omnium † optimam & maximam cautionem dicit, ne patroni clientum arces vel oppida præsidio militari teneant. Hinc à Bruto Tribuno plebis velut ab oraculo in  
 68 concione populi Romani dictum est: Unam esse tenuium † adversus potentiores securitatis cautionem, ut scilicet potentes si nocere velint, non possint; cum nocendi voluntas ambitiosis hominibus & imperandi cupidis nunquam sit defutura, de quibus vid. Bodin. 5. de repub. d. c. 6. pag. 910. 911. 912. 913. 914. & passim toto illo cap. Argumenta eorum, qui simpliciter subditis protectionem extranei querere permittunt, refellit Arum. in Aur. Bull. d. discurs. 6. concl. 2. p. 252.

### JUSTITIÆ ADMINISTRATIO.

- Protectioni & defensioni legitimæ † annexa est JUSTITIÆ ADMINISTRATIO, quæ superioritatis territorialis symbolum & criterion infallibile, Th. Mich. de jurisd. concl. 62. Ad justitiæ autem  
 70 administrationem pertinet, 1. Ut subditi † vocati compareant ad conventus provinciales auff Landtage / quos Domini territoriales vigore territorialis juris cogere possunt, Geil. de arvest. cap. 7. n. 14. Zachar. Viet. de exemption. concl. 37. Z'gler. in G. Land-  
 71 sassii. n. 139. quæ comparitio † inducit possessionem & subjectionem jurisdictionis territorialis, Afflic. decis. 265. n. 10. Ernest. Cothman. consil. Academ. 47. n. 33. Andr. Knich. de jur. territ. c. 3. n. 181. Sicut  
 72 enim † comparitio in Comitii imperii publicis immediatum civem & statum aliquem esse arguit, per ea, quæ supra hac class. c. 1. n. 14. dicta sunt, ita & hæc Landsassium & subditum.  
 73 2. Comparitio † in judicio; quia subditi tenentur comparere in tribunali mediato & immediato Dominorum territorialium, tam in personalibus, quàm realibus, activè & passivè, arg. cap. licet. in fin. de elect. Matth. Wehner. in pract. obs. verb. Landsassen. ubi dicit, quod annexum sit der Landes Hohen Obrigkeit / daß ein Landesfürst über Landes sachen vnder den Landsassen richte / quia judi-  
 74 ciorum † exercitium superioritatis est judicium, Menoch. remed. 3. revinend. possess. n. 585. Socin. sen. cons. 178. n. 19. lib. 2. Meichsn. tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 128. Unde vulgatum illud, Qui te judicat, Dominus



*Baron. Vallend. n. 332. Wehner. in observat. verbo, Gebott. Ideoque pro re subiecta accipitur diversimodè.*

- 83 Si itaque apparet, † aliquem edictis, mandatis, inhibitionibus ex jure territorii profluētibz paruisse, subiectio & superioritatis recognitio exinde etiam probatur; quia qui paret mandatis, subditus esse censetur, *Mascard. de probat. conclus. 146. n. 4. Pacian. lib. 2. de probat. c. 35. dummodò ratione Imperii & non ex alia quadam causa pareat.*
- 84 6. Si edictis † mandatis non pareatur, potest Dominus territorii imponere multas & pœnas, *Peregrin. de jur. Fisc. lib. 4. tit. 8. Sixtin. 2. de regalib. c. 8. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 137. quia*
- 85 multa † & pœnæ Bressel und Bussen sunt fructus jurisdictionis & meri Imperii, *Bart. & Bald. ad l. fin. ff. solut. matrim. l. 5. C. de mod. mult.*
- 86 *Ioh. Koppen. decis. 30. n. 35. Geil. de arrest. c. 8. n. 4. 5. Solvens † itaque multas & pœnas agnoscit ejus dominium, cui solvit. Quâ de re idem, quod supra de Gebott monui, observandum, cum multa diversimodè imponatur. Ideoque pro subiecta materia, illa dictio accipienda.*
- 87 7. Superioritatis † indicina est, si Dominus territorii habeat jus recipiendi appellationes, quod ipsum etiam est jus quoddam superioritatis & jurisdictionis, *1as. consil. 101. n. 1. lib. 2. Wessend. consil. 43. n. 70. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. gl. 5. n. 49. Geil. de arrest. cap. 7. n. 14. Thom. Michaël. de jurisd. concl. 55. Zachar. Vietor de exemption. conclus. 36. Meichsner. d. decis. ult. n. 135. & ad summam jurisdictionem pertinet. Bald. in Authent. quas actiones. n. 4. C. de SS. Eccles.*
- 88 Et circa appellationes † administrando justitiam constituitur quis in q. possessione superioris jurisdictionis, *Dec. consil. 558. n. 34.*
- 89 *Coëd. in resp. jur. de risti. Bar. Vallend. n. 127. Nata appellatio † non tenet, nisi ad superiorem & in majus tribunal adscendat, l. 1. §. si quis. 3. ff. de appellat. Novell. 23. c. 4. c. anteriorum. 2. g. 6. Ratio rationis*
- 90 est, quia † appellationis subsidium queritur, ut prior sententia emendetur, ad quod majoris auctoritatis auxilio opus est, ut dicit *Iohan. Ferrariens. in tract. de appellat. lib. 2. c. 5. n. 138. tom. 5. Marant. in specul. part. 6. sub tit. de appellat. n. 3. Sigismund. Scacc. de appellat. quaest. 2. n. 4. & 9. 7. n. 1. & multis seqq. Unde consequitur, quod †*
- 91 ex parte judicis, ad quem superioritas præsupponenda sit, *Mart. de jurisd. part. 1. c. 43. & judicis à quo subiectio, Viet. d. concl. 36. nisi*
- 92 consuetudine † inductum sit, ut ad peregrinum judicem, & à quo non dependet jurisdictio judicis à quo, appelletur, *Coler. conf. 1. n. 283. & seqq. Sigism. Scacc. d. g. 7. limit. 7.*

Sic & hodiè † à Rostochiensis senatu vel ad curiam Ducis Me 93  
gapolitani, vel Senatus Lubecensis, qui tamen nullam in Rostochiensis jurisdictionem habet, appellare licet, sicut & aliæ ad mare Balthicum civitates eundem senatum appellant. Eiusmodi tamen provocaciones in vim magis consilii & consultationis aut prorogatae jurisdictionis, quàm superioritatis fieri censentur, *Hallig. in Donell. enucl. 28. comment. c. 7. in notat. lit. a. Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 362.* Sicut autem † superioritatis argumentum est, appellationum vel secundarum instantiarum jus 94  
habere: ita superioritatis & præminentiae indicium & appellationis à se & suis sententiis ad hunc vel illum, qui inferior sit, à summo Principe vel summo ejusdem judicio, non admittere, *Aneas Sylv. de gest. Basl. Concil. lib. 1. fol. 7. in pr. quem allegat Ernest. Coshman. resp. ins. A. ad em. 1. n. 225.*

### ONERUM EXACTIO ET PRÆSTATIO.

ONERA tam pro administranda † justitia, per leges & le. 95  
giones, quam pro sustentatione dignitatis & honoris vigore superioritatis territorialis exiguntur & præstantur, *Bald. in l. 3. C. de natural. lib. Meichner. tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 177. Pruckman. conf. 27. n. 35.* Sicut enim † Domini tenentur protegere, defendere & tue- 96  
ri subditos, ita etiam æquum est, ut subditi tum pro curis & laboribus, quos sustinent Domini; tum in recompensationem expensarum, quas Domini facere & pati debent pro pace & quiete inter subditos; tum pro salariis officialium ob justitiam administrandam, onera subeant, *Simon de Præs. conf. 100. n. 1. part. 3. Nicol. Everhard. jun. conf. 10. n. 28. lib. 1.*

Onera † seu munera ex usu juris Civilis in triplici sunt diffe- 97  
rentia: quædam enim sunt personalia, quædam realia, quædam mixta, *l. 1. & l. ult. & ibi Bar. ff. de munerib. & honorib. Wesenbec. conf. 40. n. 1.*

Personalia † sunt, i. quæ labore animi & corporis, sine ali. 98  
quo gerentis detrimento perficiuntur & præstantur, ut est tutela, cura, calendarii curatio, &c. *text. in d. l. 1. §. illud tenendum. & d. l. munerum. §. personalia. Andr. Geil. 2. obs. 2. n. 4.* quæ in triplici differentia esse ostendit idem Geil. *d. loc. Wesenb. d. conf. 40. n. 6.*

Patrimonialia † sunt, quæ sumptibus patrimonii & damnis 99  
administrantis expediuntur, *text. in l. munerum. 18. §. patrimonio- rum. 18. ff. de munerib.*

Hæc rursus subdividuntur: Quædam simpliciter † rebus in- 100

- dicuntur, & principaliter rei coherent, indeque merè realia dici possunt, cum & rei imponantur, & simul intuitu rei, *Wesenbec. d. cons. 40. n. 3.* Quædam verò principaliter † quidem personis indicuntur, rerum tamen à personis possessarum intuitu, & propter res. In his obligatio in personam dirigitur, sed causa finalis & movens res ipsa est, ut inquit *Bald. in Lun. n. 33. C. de sentent. qua pro eo, quod inter Henric. Bocer. de collect. c. 7. n. 12. Rosenb. de feud. cap. 5. concl. 8. gl. b.* Indeque quoad formam, personalia; quoad materiam, dicuntur patrimonialia, ratione patrimonii, *Geil. d. of. 52. n. 10.* Et quoniam materia & forma faciunt unum totum, idcirco dicuntur onera mixta. *Natt. cons. 105. n. 7. Caspar Klock de contrib. concl. 5. lit. f. in nosat. Ernest. Coihman. cons. 11. n. 1.*
- 102 Hisce quidam † adhuc tertiam speciem adjiunt munerum patrimonialium, que quidem sumptu personæ, nullâ tamen patrimonii contemplatione imponuntur, ut est tributum vel census, qui solvitur per capita in recognitionem universalis domini, *Ioh. de Plat. in rubr. & L. indictiones. C. de annon. & tribut. & in Lun. C. de mulier. lib. 19. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 103.*
- 103 Onera sunt vel ordinaria, † quæ certam, annuam, regularem, & semper uniformem ac perpetuam habent præstationem, *Guilhelm. de Cune. in L. neminem. C. de SS. Eccles. Cyn. in l. voluntariæ. C. de excusat. tit. ut sunt indictiones sive tributa, vulgariter Stewey/ Geil. d. of. 52. n. 9. vel Beeth/ Henric. Bocer. de collect. cap. 6. n. 6. in quibus † consistunt nervi Reipub. ut inquit J. C. in l. 1. §. in causa. ff. de quaestio.*
- 104 Extraordinaria † verò sunt, quæ talem præstationem uniformem, certam & perpetuam non habent, verùm ut res & necessitas postulat, imperantur, *arg. l. sed et si per Praetorem. §. si scrie. ff. ex quib. edus. maj. Bart. in Lun. C. de mulier. n. 40. Iason in l. places. n. 7. C. de SS. Eccles. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14. n. 12.*
- 106 Illa regulariter † possessores prædii gravant omnes, cum solius rei intuitu præstantur, *Lun. C. de vacat. public. muner. l. omnes. 4. C. de annon. & tribut. lib. 10. in pr. Aliud tamen obtinet in nudis detentatoribus; quia collectæ, tributa & census ab his solvi debent, qui rem possident jure proprio, & ejus fructus suos faciunt, s. t. C. sine cens. & reliqu. fund. compar. non poss. Bart. in l. hi pens. C. de agricol. & censu. lib. 11. Alex. cons. 35. n. 1. vol. 4. Et hinc ad ejusmodi onera non conductor, sed locator tenetur, utpote qui habet & percipit commodum fructuum, *Bart. d. lo. Castrens. in l. si pendentes. §. si quid cloacarii. ff. de usufruct. Ias. in l. fructus. n. 14. ff. solut. matrimon. Natt. cons. 409. n. 3. & seq. O fasc. Cacheran. decis. 83. Hæc autem non solum**

folùm † à subditis, sed etiam extraneis & forensibus exiguntur, 107  
*Bart. ad l. rescriptio. §. sciendum. n. 3. ff. de munerib. Henric. Bocer. de Colle Et.*  
*cap. 9. n. 9. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de mandat. cap. 45. n. 8. uti & à*  
 Clericis, † & aliis privilegiatis & exemptis, *l. de his. C. de Episcop. &* 108  
*Cleric. Geil. d. obs. 52. n. 12. And. Knich. de vestitur. paction. part. 2. c. 3. n. 8.*  
*Casspr. Klock de Colle Et. concl. 32. lit. b. in not. niti essent † eis speciali.* 109  
 ter remissa, ut in simili est text. in *l. 1. C. de Episc. & Cler. non tene-*  
 tur recipere hospites, quod tamen reale onus est domûs, *Bart. in*  
*d. l. rescriptio. §. sciendum. n. 3.*

Hoc tamen ita procedit, † si bona illa, antequàm ad Clericos 110  
 privilegiatos & exemptos pervenerunt, hoc onere affecta sint,  
 tunc enim res semper ad quemcunque possessorem transit cum  
 suo onere, *l. traditio. §. 1. ff. de acquir. domin. neque plus juris quis*  
*potest in alium transferre, quàm ipse habet, l. nemo plus. de R. l.*  
 Ideoque ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimoniis  
 indicta sunt, nulla privilegia præstant vacationem, *l. 2. & l. ob si-*  
*stere. C. de annon. & tribus. lib. 10. l. 1. C. de indiction. eod. lib. l. his honori-*  
*bus. ff. de vacat. mun. neque jus personæ † statim mutat conditio.* 111  
 nem rei, cum accidentia non migrent de subiecto in subiectum,  
*l. si quis ergo. §. 1. ubi gl. ff. de pecul. præsertim si subiectum affectum*  
 sit accidenti contrario. Et hanc sententiam communem dicit  
 Bursat. *conf. 42. n. 7. vol. 2. & pro ea consuluit Bartholom. Socin.*  
*conf. 12. n. 8. vol. 4. Castill. 2. controvers. quæst. c. 5. n. 58. fac. text. in l. 1. &*  
*l. fin. C. sine cens. vel reliqu. fund. corp. non poss. Clement. 1. de censib. l. Im-*  
*peratores. de religiatib.* Et esse ea de re legem in regno Hispaniæ  
 expressam testatur Hieron. de Cævali. in *specul. comm. opin. q. 899.*  
*n. 8. ubi tamen prolixè contrariam sententiam multis rationi-*  
 bus defendere conatur.

Si tamen semel res libera † ad privilegiatum Clericum vel 112  
 exemptum perveniat, conditionem personæ sequitur, & liberta-  
 tem cum ea retinet, *l. 1. C. de imponend. lucrativ. descripti. prolixè & ele-*  
*ganter Ernest. Cothman. in respons. Acad. 27. n. 49. ubi ex professo tractat,*  
*quatenus Magistratus oppidanus Clericis & Academicis imponere col-*  
*lectas possit.*

In dubio † autem res censetur sine onere & libera; quia nul- 113  
 lius rei servitus præsumitur, quæ est qualitas accidentalis, nō na-  
 turalis, *l. 4. de l. & l. l. alius. 8. C. de servit. & ag. Ant. Fab. in consulti. de*  
*Ducat. Montisferr. part. 1. fol. 39. neq; naturalem, sed impositivam*  
 causam habet, *§. ult. Instit. de jur. person. Hieron. Schurff. conf. 69. Imò*  
 libertas, † quæ omnibus rebus est præstantior, magis in rebus 114  
 quàm in personis præsumenda; cum homines pluribus modis

- servos nasci & fieri posse contingat, res non itidem, inquit Ferrar.  
 115 *in form. libell. act. on. confess. in gl. pleno jure.* Ideoque testibus † de libertate deponentibus plus creditur, quia juris præsumptio illis adminiculatur, cum deponant pro favore libertatis, & id, quod juri communi conforme est, *per ea, quæ tradit Ant. Gabriel. iii. de testib. conclus. 4. n. 28. cum seqq.*
- 116 Ab extraordinariis † autem oneribus, quæ non præcisè adherent possessionibus & rebus, sed personæ principaliter imponuntur intuitu rerum, vulgò Schatzung/ Clerici privilegiati immunes & exempti sunt, *l. hi qui. 6. l. in honoribus. 8. §. qui muneris. 3. ff. de vacat. & excusat. Bart. in l. 4. §. si actor. ff. de re judic. Henr. Bocer. de collect. c. 6. n. 7. uti & Scholares, l. 1. C. de Professorib. & Medic.*
- 117 Et hæc munera, † quæ ita pro utilitate Reipub. personis principaliter, rerum tamen contemplatione, imponuntur, collectæ  
 118 nomine veniunt. Et collectas † ad munera extraordinaria refert Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. sub n. 38. *per text. in l. honoribus. §. vacationem. ff. de vacat. muner. las. in l. placet. n. 7. C. de SS. Eccles.*
- 119 Hodiernâ † tamen consuetudine inspectâ, rectè indigitari collectas, onus mixtum ordinarium asserit. Caspar Klock de contribution. concl. 5. lit. e. & ibi allegat. & imponuntur à Domino territorii non nisi † subditis & incolis. Unde vera censentur esse symbola ac notæ superioritatis seu sublimioris eminentiæ, *l. nulli. C. de Episcop. & Cleric. Andr. Knich. de jur. terris. cap. 3. n. 108. & 109. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 14. n. 21. probantque quasi possessionem jurisdictionis superioris, cap. licet causam. de probat. Specul. tit. de restit. spoliat. §. nunc dicemus. Gylman. in symphor. tom. 3. tit. 1. vol. 5. n. 9. ubi subjicit, Si quis impediat Dominum territorii in exactione collectarum, ab ipso spolia committi, & competere Domino interdictionem Unde vi.*
- 121 Itaque probans præstationem † collectarum intentionem superioritatis habet fundatam, *per ea, quæ tradit Hieronym. Schurff. 1. conf. 59. Est namque collectatio actus jurisdictionalis, ut ex Cornel. conf. 199. n. 6. & conf. 313. n. 2. vol. 2. refert Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 11. in caus. Hirnheim contra Ehur. Pfatz. fol. 802.*
- 122 Pro ratione † dubitandi facit, quòd collectatio sit de regalibus, *per text. in cap. un. quæ sint regal. & quidem potioribus & majoribus, Wesenb. conf. 45. n. 8. Meichsn. tom. 2. lib. 1. decis. Camer. 6. n. 25. fol. 617. ubi dicit, quòd jus collectandi non imperio vel jurisdictioni, sed regalibus cohæreat, ex Bald. ad cap. un. & in eadem decis. n. 40. ubi post Bald. allegat etiam Schurff. d. conf. 59. n. 20. & tamen n. 48. dicit, quòd habens jurisdictionem collectare possit, quæ sibi*

fibi quodammodo videntur contraria. Et quòd collecta sit de regalibus, prolixè & multis auctoritatibus defendit eximius Hassiæ J. C. Regnerus Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 14. n. 17.* Et hanc sententiam communem ex *Clar. §. Feudum. quæst. 29. n. 1.* & generali consuetudine receptam ex *Wesenbec. d. cons. 45. n. 20.* idem Sixtin. *d. loc. n. 18.* subjicit. Idque receptius esse asserit Rosenth. *de Feud. c. 5. concl. 74. n. 1. 4. & 6.*

Hæc opiniones distinctionis fœdere † conciliari posse pu- 123  
to, si quidem concedamus collectionem esse de regalibus, sed illis, quæ sunt qualitates superioritatis territorialis & jurisdictionis superioris vel Feudi regalis, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronatus, &c. quia hujus concessione regalia cum omnimoda jurisdictione regulariter transeunt, *per ea, quæ supra sub cap. de Ducatib. & Feud. regal. dignit. monui.* Et ita etiam seipsum explicat Meichsner. *d. tom. 2. lib. 1. in causa Meyniz contra Erfurt. decis. 9. n. 2.* Das imposition † collectarum nicht sey jurisdictionis, auch den Ges- 124  
richtren nicht anhängig / sondern in die hohe Obrigkeit vnd Regalia gehö-  
rig / ut ita jus hoc inter regalia, quæ superioribus competunt, numeretur, uti ex *Rebuff. Ruin. Parisiens. & aliis idem Meichsner. explicat d. tom. 2. lib. 2. decis. ult. in caus. Ingetheim contra Pfaltz. n. 132. fol. 253.*

Nota tamen, † quòd etiam illi, qui neque regalia, neque ter- 125  
ritorialem superioritatem, sed jurisdictionem saltèm simplicem habent, à suæ jurisdictionis subjectis urgente necessitate collectas exigere possunt, si unanimi decreto communitatis ac conventionem cum ea habita imponantur, *Bald. in l. his quibus. in pr. vers. quæ propter Nobiles. C. de fideicom. libert. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 55. & seqq.* quo casu majorem partem minori præjudicare non possit, *arg. l. ambiciosi. ff. de decret. ab ordin. faciend. tradit Caspar Klock de contribut. conclus. 12. lit. b. ubi ex Purpur. dicit, quòd in istis actibus voluntariis una faba nigra impediatur totum actum, Ant. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic. lib. 9. tit. 29. de fin. 18. n. 1.*

Forensibus † autem & non subditis imponi non potest, *l. re- 126  
scripto. §. ult. ibi: non nisi muni. ipibus vel incolis. & ibid. Bari. de munere-  
rib. & honorib. l. munerum. 18 §. patrimonium. ff. eod. Geil. 2. obs. 52. n. 13.  
Henric. Bocer. de Collect. cap. 9. n. 1. quod tamen quatuor casibus li-  
mitat idem Bocer. d. cap. 9. n. 13. & seqq. Aliam limitat. vid. apud  
Meichsner. tom. 2. lib. 1. in prædict. caus. Stryheim contra Pfaltz. decis. 3.  
n. 16. fol. 802.*

Rei tamen, † quam forensis sub alterius territorio sita possi- 127  
det, imponi collecta posset; quia licet persona nō sit subdita, res

tamen subdita est: Vel etiam si pro onere merè reali, ut refectione viarum, pontium, ad quam prædia vicina tenentur, Ecclesia & forenses etiam tenentur, *vid. eund. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 109.*

- An autem ad inducendam quasi possessionem collectandi  
 128 plures actus requirantur? Mihi eorum ¶ arridet sententia, qui pluralitatem actuam non desiderant, sed etiam unum actum quietum, non violentum aut vitiosum, sufficere existimant, *Osasc. Cacheran. decis. Pedemont. 91. n. 5. in fin. Wesenb. consil. 28. n. 20. cum*  
 129 illa ad quasi possessionem jurisdictionis ¶ acquirendam vel conservandam non requiratur, & vel unico servitutis causâ interposito actu possessio generalis jurisdictionis apprehendi & conservari possit, *l. quæstum. ff. de ag. quotid. & æstiv. c. consultationib. X. de jur. patron. l. fin. ff. de iun. act. priv. l. fin. ff. quemadm. serv. amitt. c. cum Ecclesia Sutrina. X. de caus. poss. & propriet. Et hanc sententiã communiter esse receptam testatur Th. Mich. de jurisd. conclus. 65. quæ etiam decisivè refertur in causa Ingelheim contra Chur Psatz/ apud Meichsner tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 133. fol. 253. Et ita generaliter*  
 130 ¶ quòd in corporalibus per unicum actum legitimum acquiratur quasi possessio jurisdictionis, tradit Menoch. de arbitrar. cas. 160. & ibi allegat. Bart. Craveit. Ruin. & alii. quia hic actus ¶ est de genere eorum, quæ non solent facile concedi, ne quidem ratione amicitie vel familiaritatis, *Ioh. Gadd. in resp. jur. de resis. Baron. Willend. n. 133. Et in dubio non ¶ præsumitur talem actum jure familiaritatis vel voluntariè usurpatum esse, sed potius ex causa necessitatis, juris scilicet & obligationis, per ea, quæ scribit Bart. in l. cum servus. & in l. viticum. ff. de V. O. Riminald. cons. 9. n. 19. Wesenb. cons. 48. n. 29. quia præstans ad id præstandum ¶ se Domini superioris autoritate cogi posse putavit, l. novissimè. ff. quod fals. ut. aut. gest. Cagnol. ad l. si quis major. n. 67. C. de transact. Hypol. Riminald. cons. 384. n. 42. 44. 45. Et generaliter ¶ quicquid tale est, quod fieri potuit ex duplici causa, quarum una sit voluntaria, alia necessaria, præsumendum est factum fuisse potius ex necessaria, l. 3. in fin. l. 4. 5. 7. l. cum ex pluribus. 97. de solus. Ant. Fab. in consult. de Ducas. Montisferr. part. 1. p. 167.*

- 135 Quinimò immunis ¶ à collectis, si semel solvat in communi æstimo, & infra decem dies non appellet, intelligitur renunciãse suo privilegio & se collectis subjecisse, *arg. l. hi qui. ibi: si appellationis auxilio non utantur, consensu suo confirmant nominationem. cum l. 4. C. de appellat. Alexand. consil. 336. n. 11. lib. 2. quem allegat Cothman. consil. 11. n. 178. Osasc. Cacheran. d. decis. 91. n. 5. Caspar Klock de con-*  
 tri-

tribut. conclus. 30. Dis. Zachar. Victor de exemption. conclus. 37. & ibi allegati.

Variè collectæ & distribuuntur; præcipua tamen distributio 136  
est, quòd quædam collecta sit Provincialis Landsteuer / de qua  
hic præsertim agitur; quædam Imperialis Reichs Steuer/ Reichs  
Antage/ Reichs Hütffe; quædam circularis Kreis Steuer.

Imperialis † collecta est, quæ ad utilitatem totius Imperii uni- 137  
versis, qui ei subsunt, indicitur, N. U. zu Speyer de Anno 1544.  
§. Und wievot derhalben auch zuvor. ibi: Das ein gemeiner Pfennig vnd  
Anschlag durch das ganze Reich Teutscher Nation /c. & §. 129. ibi. Nie-  
mand aufgenommen. Etiam † Clericis privilegiatis & exemptis, d. 138  
Recess. §. Und zu diesem Christlichen. ibi: auch alle Stiffe/ Capiteln/ Eids-  
stet /c. Modest. Pistor. consil. 4. n. 1. lib. 1. Henric. Bocer. de Collect. c. 2. n. 3.  
qualis est collecta † pro expeditione Turcica, N. U. de Anno 1542. 139  
& 48. & passim. Item quæ olim ad † sustentationem regimenti, 140  
N. U. de Anno 1500. von Ordnung des Regiments. sub tit. von Soldnern  
die auffgesetzt /c. & adhuc hodiè ad sustentationem Camerae sol-  
vitur, Ord. Camer. p. 1. t. 40. Auct. decis. Cam. verb. collectarum exactio.

Dicitur autem hæc collecta † Imperialis, quia ab Imperatore 141  
imponitur; l. un. ubi Dd. C. de superindict. lib. 10. Thom. Mich. de jurid.  
concl. 11. lit. B. quæ à reservatâ † supremâ & semper apud Impe- 142  
ratorè perpetuò residente Imperii potestate descendit, Meichsner.  
tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 42. Et obtinet † vim veterum tributorum, ac 143  
Imperatori in signum supremi dominatûs solvitur ab Inferiõ-  
bus Principibus, Idem Meichsner. d. tom. 2. lib. 1. decis. 9. sub n. 20. fol.  
847. quamvis juxta tenorem Capitulationis † nõ nisi cum con- 144  
sensu Procerum & Statuum Imperii hodiè imponatur, Sleidan.  
lib. 1. in capitul. Carol. V. Bocer. d. c. 2. n. 8. quod tamen † Majestatem 145  
Imperatoris non evacuat, ut sinistra suspicatur Bodinus. Nam idem  
jus in Gallia Rege obtinet, teste ipso Bodin. in 6. de repub. c. 2. uti &  
in Rege Hispania, Parlad. i. rer. quotid. c. 3. fol. 17. Angliæ, Hunga-  
riæ, Dania, Polonia, de quibus restatur Herz. illust. q. 18. n. 8.

Imò in toto orbe † terrarum nullû reperiri Regem aut Prin- 146  
cipem, cui fas sit tributum subditis suis sine ipsorum consensu  
& voluntate imponere, nisi violentiâ & tyrannide uti velit, ut  
ex Comin. 5. Histor. c. 18. dicit Caspar Klock de con. tribut. conclus. 7.

Imponitur † collecta Imperialis quidem omnibus Imperii ci- 147  
vibus, non tamen indistinctè, sed immediatis tantum, utpote  
Electõribus, Principibus & Statibus primariò; secundariò verò  
mediatis: ut quia immediati † hujusmodi collectam per se sus- 148  
tinere non possunt, idè illis permittitur, ut subditos suos in

- subsidium subcollectare possint, *R. U. de Anno 1544. §. Und beweist nun diese Hütffe. ibi: Darzu die obberührte Hütff an ihr selbst etwas ansehentlich / vnd gemeinen Ständen nicht wenig beschwärtlich seyn wirdet / dieselben auß ihrem Cammergut zu teissen: so ist für billich vnd nothwendig angesehen / daß ein jeder Churfürst / Fürst vnd Stand / seine Unterthanen derhalben vmb Hütff vnd Steuer ersuchen / vnd die von ihnen einbringen möge. quod repetitur in R. U. de Anno 1548. §. Wiewol nun. qui collectandi modus ab Anno 44. inclusivè inolevit, & ad huc usque diem servatur, hac tamen † conditione & cautela, ne Status à subditis ultra summam cuiq; in Matricula Imperii designatam quicquam exigant, ut habetur in d. Recess. de Anno 1544. 48. 57.*
- 150 66. quia eo † casu Status Imperii non nisi nudum ministerium & exactiorem habent ad publicam Imperii utilitatē directam.
- 151 Exigenda † autem est à subditis secundum proportionem Geometricam, habitā ratione bonorum cuiusq; , damit niemand vber sein vermögen bedrängt werde. *R. U. zu Speyer de Anno 1542. §. Nachdem aber der ungleichen.*
- 152 Hæc tamen collecta Imperialis † ut in reliquis, ita etiam in hoc à provinciali differt; quod in illa subditi in loco domicilii & habitationis de omnibus bonis ubicunque sitis collectentur: Daß ein ieder allein an dem Ort / da er geseßen / sein Antag zu diser behartlichen Türckenhütff gebe / von allen seinen Haab vnd Gütern / so er allenthalben hat unverbindert / wo die sind oder ligen. *d. recess. de Anno 1542. §. Damit auch solcher Ordnung.*
- 153 Hujus † ratio est, quia hæc collecta ab Imperatore & supremo Principe, qui jurisdictionem universalem & uniformem in omni loco per totum Imperium fundatam habet, omnibus ejus civibus & incolis imponitur, ut habetur apud Meichsner. tom. 2.
- 154 *l. b. 1. decis. 6. sub n. 66 ubi n. 78. hanc subijcit observationē, † quod ubi collecta imponitur ab eo, qui habet jurisdictionem in omni loco uniformem, ut à supremo Principe, tunc collectam quis solvere debet pro omnibus rebus, quas habet ubique: ubi verò imponitur ab alio inferiore, tunc collecta pro rebus extra territorium sitis extendi non potest, eò quod bona subjecta ipsius jurisdictioni non sint, arg. l. fin. de jurisd. l. cum unus. 12. §. is qui possidet. de bon. aucl. iud. possid. Thomat. de muner. sect. incip. sanè si negotium geritur. n. 21. Socin. consil. 129. Facit etiam, quod ratione † bonorum in alterius territorio sitorū jurisdictioni illius quis subijcitur, & ratione illorum ibi conveniri potest, l. pupillo. 87. ff. de iur. r. & curat. l. Titium Mævium. 47. §. tutores. ff. de administrat. tut. l. fin. C. ubi in rem. & ibi etiam collectam solvit, text. in l. in. vers. ult.*

*C. de mulier.* ubi Imp. dicit: Patrimonii munera necesse est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere. Huic ad stipulatur Ulpian. in l. 4. §. is verò. 2. ff. de censib. ubi dicit, Agri tributum in ea civitate levare debere, in cujus territorio possidetur. Et hanc sententiã latè tuetur Ernest. Cothman. *consil.* 11. ferè per tot. quamvis aliquando in Camera contrarium pronunciatum ex *Rosenhal.* refert Henric. Bocer. *de Collect.* c. 9. n. 5. ubi vid. priorem tamen opinionem comprobatur.

## RELIGIONIS CURA.

Cùm non solum regionis, sed & † RELIGIONIS cura ad 156  
Dominos territoriales pertineat, hodiè Status Imperii vigore superioritatis territorialis, publicum tam Pontificiæ quàm Augustanæ Confessionis exercitium erigere & mutare possunt, ex Pacificatione religiosa, R. U. de Anno 1555. §. Unde dicit soter Fried. & §. seq. vers. Nachdem aber. Thom. Mich. de *jurisd. conclus.* 49. exindeque reformatio † religionis sequela superioritatis indubitata 157  
censetur, vid. *Besold.* de *jurisd.* q. 18, p. 52. *Zigler.* ad §. *Landsassii.* n. 182.

Ad actus Ecclesiasticos † referuntur Consistoria, ministro 158  
rum Verbi divini ordinationes, confirmationes, visitationes, &c. *Andr. Knich.* de *jur. territ.* c. 3. n. 149. & seqq. & reliqua, quæ ad jura Episcopalia pertinent, *Laurent.* *Ohm de jure Episc.* *concl.* 16. 17. Quos tamen † actus non ipsi seculares Principes, sed per Ec- 159  
clesiasticas personas expediunt, vid. *Mauth. Steph.* de *jurisd.* lib. 3. p. 1. n. 16. add. *Parc.* de *jur. reg.* q. ult. *propos.* 5. ne fiat munerum confusio. c. quod quidem. l. q. 1.

Itaque in quo loco quis † actus hosce jurisdictionis Eccle- 160  
siasticæ exercet, fundatam habet intentionem superioritatis, per *suprà tradita.* Sunt & alii actus & argumenta, quibus declaratur superioritas, ut sunt, insignia Principis in Curia depicta; solennis & usu hodiè recepta intrada, *der Einritt / Michaël.* *conclus.* 53. *Schurff.* *consil.* 35. n. 13. *cent.* 1. *Knich.* in *Encyclopæd.* c. 15.

Hi sunt præcipui † actus, in quibus exercetur territorialis su- 161  
perioritas, & per quos ea probatur.

Dubium † autem suboritur, quid statuendum, si quis unius 162  
atque alterius actus jurisdictionalis exercitium, usum & quasi possessionem usurpaverit & probaverit, ane id ad alium actum extendendum? Quod affirmandum videtur; quia jurisdictionis † usus in uno actu censetur jurisdictionem tribuere in 163  
alio, *Id.* in *Imperium.* ff. de *jurisd.* *Bart.* in l. 1. §. *si quis hoc interdito.* ff. de *usu. act. priv.* n. 1. Et exerecens ac conservans jurisdictionem † in 164

uno actu, censetur eam exercuisse & conservasse quoad cætera omnia, in quibus nullum exercitiū habuit, *arg. l. fillicidii. §. fin. ff. servit. quem adm. amitt. Mascard. de probat. concl. 1053. n. 22. Wesenb. 165 consil. 32. n. 17.* Siquidem ex probatione † specierum resultat probatio generis, *arg. l. si Chorus. de legat. 3.* Species † namque sub genere positæ habent caudas colligatas, *gl. in cap. accusatus. §. eum qui. verb. iudicaii. de hæret. in 6. Zal. 2. consil. 16. n. 8. ubi n. 9. ex Innoc. subjicit, quod si quis uratur aliquo actu jurisdictionali intentione utendi jure suo, quoad universalem jurisdictionem, ei acquiri quasi possessionem universalem jurisdictionis, si nemo alius possideat, Abb. in cap. cum olim. vers. ult. de præscrip. Nam jurisdictio † respicit universalitatem, quæ per se una est, licet multis modis exerceatur, *per ea, quæ tradit Meno. h. de arbit. cas. 160.**

Hæc tamen traditio non ita indefinitè semper procedit, sed certis limitationibus.

168 1. Non procedit, quando alius est in possessione, † tunc enim unus actus non extenditur ad alium actum diversum, licet sub eodem genere vel specie constituatur, *Bart. in l. possideri. in pr. n. 5. de acquir. poss. §. Ias. in l. Imperium. n. 23. de jurisd. quos allegat Wesenb. d. consil. 32. n. 17.*

169 2. Procedit in actibus † qui sunt ejusdem speciei, & caudas colligatas habent, *Hæron. Schurff. 1. cons. 28. n. 28. 29. quiq; ex uno eodemq; fonte & principio descendunt, Schurff. d. loc. Meichsner. tom. 2. lib. 1. in causa Hirnheim contra Pfaltz. decis. 8. n. 28.* Sic possessio collectandi † trāsferitur de una specie in aliam, ut qui est in possessione collectandi in una specie, is censetur etiam in possessione omnium reliquarum specierum, *Alex. cons. 68. n. 18. & 19. lib. 2. Schurff. consil. 59. n. 28. 29. cent. 1.*

171 3. Procedit traditio † superior, quando quis præsumptivè habet intentionem fundatam: tunc enim per unius actus exercitium probatur universalis jurisdictionis possessio, *Ias. in l. 3. n. 40. ff. de acquir. poss. §. Abb. in cap. I. de religiof. domib. Meichsner. d. decis. ult. n. 166.*

172 4. Limitatur seu potiùs † declaratur procedere traditio illa in actibus, qui sunt de potentioribus speciebus, & quibus reliqui quodammodò concomitanter insunt & adhærent, ut est obedientia; quia obediētæ † nexus complectitur omnes actus jurisdictionis, *per ea, quæ eruditè tradit Udalric. Zal. lib. 2. singular. respons. cap. 31. n. 3. neque actus in specie leviori extendendus ad duriora, Salic. in l. I. de emancipat.*

174 Quamvis usus † & consuetudo in uno actu se possit aliquan-

do extendere ad alium actum ejusdem speciei, *ut modò dictum*, tamen usus contra certas personas non extenditur ad alias, *Ruin. consil. 19. n. 17. vol. 1. cujus rationem assignat & declarat Innocent. in c. dilectis. X. de Capell. Monach. n. 2. vers. sed quæ res.* quia sub jurisdictione † cōprehenduntur omnes partes ejus & actus, 175 sed sub persona non continetur alia persona, idè non potest quis intendere in totum populum exercere, quod in uno vel altero de populo exercet, sunt enim divisi homines ejusdem populi, *Cyn. in l. 1. n. 4. de emancip.* Unus enim homo non est idè cum alio, *Isaon in l. Imperium. n. 23. vers. facit, quod utà decisivè ponæra: referens in causa Ingelheim contra Ehur Pfaltz / apud Meubhner. tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 178. 179.*

## CAP. V.

AN LIBERÆ IMPERII CIVITATES  
territorialem superioritatem & jurisdic-  
tionem habeant ?

SUNT qui † inferunt, Civitates Imperiales non habere jura ter. 1  
ritorialia, sed ea penes Imperatorem residere, & plerunque  
Electores aliosq; vicinos Principes in districtu ejusmodi Civi-  
vitarum ea sibi comparâsse, *Andr. Knich. in velit. Apologet. n. 15. 120.*  
*130. & seqq. & in sr. de jur. territ. c. 1. n. 116.*

Pro quâ stabiliendâ suâ sententiâ hisce potissimum utitur ra-  
tionibus.

[1.] Quòd illis ditionibus tantum competat † territorii jus, 2  
quæ in Ducatum, Marchionatum erectæ, vel aliam regalem di-  
gnitatem annexam habent & feudi lege recognoscuntur.

[2.] Quòd superioritas † territorialis die Landes Obrigkeit non 3  
nisi jure quodam Principatus exerceri potest, *arg. cap. 1. de feud.*  
*March. cum similib.* Inde etiam † à potiori die Landes Fürstliche 4  
Obrigkeit appellatur.

Verum hisce non obstantibus, verior & communior est con-  
traria sententia, videlicet † Civitates Imperiales, quâ Status ap- 5  
pellatine veniunt, ac jus sessuræ & suffragii in Comitibus habent,  
jura superioritatis territorialis in suis districtibus & civitatibus  
non minus quàm Principes, Comites, &c. in suis Principatibus  
& Ditionibus habere & usurpare.

Huius communi opinioni adstipulatur 1. Quòd Civitas † 6  
Imperialis proprium habeat districtum & territorium, cujus  
nomine

nomine Imperatorem immediatè recognoscit: Ergo & jure territorio annexum, h. e. superioritatè, quia territorialis † superioritas territorio adhæret, sicut nebula supra paludem, *ut supra suo loco dictum est.*

8 Cui enim competit † territorium propriè acceptum, tanquam Statui Imperii; eidem quoq; competit jus territorio cohærens, uti ex *Lamill. Borell. conf. 70. n. 34. & conf. 86. n. 11.* colligit *Bocer. in ir. de Collect. c. 4. n. 40.* Sive itaque cum Bald. † territorium passivè consideremus, pro terræ spatio jurisdictione marito; sive activè territorium, pro ipsa superioritate territoriali, h. e. summo Imperio, quod post Principem in suos subditos exercentistæ Civitates, id rectè civitatibus attribuitur, *quod supra in definitione territorialis superioritatis laus explicatum. fac. text. in consuet. de Pac. Constant. §. nos verò Romanorum.*

9 2. Cùm Civitates Imperiales † inter Status Imperii receptæ, & liberâ in Civitatem ejusque subditos jurisdictione donatæ sint, Status Imperii nomen non magis in illis ac in Principibus esse debet inane, *Bald. in ir. de Schismat. in pr. n. 10. Decian. 40. n. 21. vol. 4.* nullamque urgentem † dari posse rationem, cur Civitates juribus superioritatis, quæ vulgò *Lands Ober. vnd Herrlichkeit* appellant, carere vel regalium incapaces esse debeant, *inquit Vir doctissimus Thom. Mich. de jurisd. concl. 44.*

10 3. Jus mutandæ † religionis Pontificiæ vel Augustanæ Confessionis aliosque actus ad jus Episcopale pertinentes exercere, sequela est superioritatis & juris territorialis, ipso *Andr. Knich. attestante de sublim. territ. jur. c. 3. n. 148. Hesold. de jurisd. quaest. 18. pag. 52. Zigler. in commun. conclus. ad §. Landsassii. n. 182.* Civitates autem Im-

11 periales † consentientibus omnium civium ordinibus jus mutandæ religionis habent, eique connexos actus juris Episcopalis exercere possunt, *R. U. de Anno 1555. §. Nachdem aber in vielen Frey vnd Reichs Stätten. junct. §. Vnd damit solcher Fried. ubi in genere omni Statui religionis alterutrius reformatio cōcessa. Quin autem Civitates Imperiales sint Status Imperii, dubitari non potest, & supra tradidi, quâ de re latè *Peir. Frid. Mind. lib. 1. de Processib. c. 31. Syring. de Pac. Relig. concl. 39.**

12 Ad 1. argumentum respondetur, committi ab *Andr. Knich.* in eo petitionem principii. Nam hoc ipsum etiam negatur, quod † superioritas territorialis Ducatibus, Marchionatibus & Comitatus, qui feudi lege recognoscuntur, tantùm cohæreat; ex quo illud absurdum eveniret, Ducatus si qui sunt, & Comitatus allodiales, territoriali superioritate destitui. Deinde dif-

fert ꝑ territorialis potestas à dignitate regali seu feudo quod 15  
 eam annexam habet. Potest namque quis esse Comes, Baro, &  
 habere Comitatum & Baronatum, cui annexa semper regalis  
 dignitas sub alterius Principis territoriali superioritate, & tamen  
 destitui superioritate, *N. 2. de Anno 1548. §. Biewol auch in Ringer-*  
*runghandlung. quâ de re supra sub cap. de acquisit. & concess. jur. territ.*  
*circa fin. vers. Nota præterea. dixi.*

Ad 2. respondetur, Si per jus Principatus intelliguntur  
 jura Principis, quæ in hoc consistunt, ut quis ꝑ in suo distri- 16  
 ctu & in subditos possit id, quod potest Imperator in universo,  
 salvâ supremâ ejus superioritate, tunc utique & Civitates Im-  
 periales jure Principatus utuntur, h. e. possunt in suo, quod  
 potest Imperator in universo, salvis reservatis. Siquidem Libe-  
 ræ Imperii ꝑ Civitates non tantùm jura Principum habent & ju 17  
 risdictionem proprio jure exercent, sed etiam Genericâ Princi-  
 pum definitione propriissimè cõtinentur, uti species sub suo ge-  
 nere, *ut scribis Vir in Imperii jure exercitissimus Andr. Geil. 2. obs. 57.*  
*n. 7. & 1. de P. P. c. 6. n. 11. & in tract. de arrest. cap. 9. n. 1. confer Schurff. 1.*  
*conf. 26. Waremund. ab Ehrenberg 2. de fæderib. c. 1. n. 37. Thom. Mûh. de*  
*jurisd. concl. 44. Auct. decis. seu præjud. Cameral. verb. Civitas Imperialis.*  
*Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. c. 7. n. 10. Syring. de pac. religion.*  
*concl. 39. lit. b. loh. Daus. jun. in Miscellan. quæst. jur. publ. q. 1. fundam. 3.*  
 Imò contrarium asserere, esse revangare mundum, dixit Bald.  
*in ir. de Schismat. in' pr. p. 10. Cravett. consil. 263. n. 7. Bocet. de Collect.*  
*c. 4. n. 36.*

Et sanè ꝑ Civitates Italiæ, quæ se adhuc Imperatorem reco. 18  
 gnoscere fatentur, vel de facto se subtrahere moliantur, jura  
 territorii habere concedit Knichen *in velis. Apologes. n. 31. & seqq.*  
 Quare Civitatibus Imperatorem recognoscentibus habilitatem  
 ejus juris possidendi denegamus. Si enim recognitio Impera-  
 toris illam habilitatem possidendi juris territorialis impediret,  
 nec Principes Imperatorem recognoscentes ejus juris capaces  
 esse possent.

Et quemadmodum ꝑ in similibus terminis Duces & Marchio- 19  
 nes Imperatorem recognoscentes non debere esse inferioris  
 gradus aut conditionis illis, qui Imperatorem nō recognoscunt,  
 ostendit Anton. Sola *in constitut. Sabaud. in proam. decret. gl. 3. n. 12.*  
*& seqq. Caspar Klock de contribution. concl. 10. in fin. Quin inò ser-*  
 vire Imperio Romano ꝑ est libertate potiri, ut *ex Bald. dicit Natt. 20*  
*conf. 631. n. 13. vol. 3. Hyppol. Riminald. conf. 5. n. 102. vol. 1. Don Garf.*  
*Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 8. n. 2. adde quæ supra tradidi class. 2.*  
*cap. 6.*

- 21 *cap. 6. n. 34. & seqq.* Et has civitates † Rebus publicis Italiae recte comparari posse, scribit Scipio Gentil. *de jurisd. lib. 3. c. 22.*
- 22 Neque adversatur, quod superioritas territorialis † frequenter dicatur die LandesFürstliche Obrigkeit; quia superioritas territorialis non semper & tantum dicitur die LandesFürstliche Obrigkeit; sed tunc, quando aliquis Dux vel Princeps eam sibi vindicat, à persona dominantis ita denominatur: Neque raro accidit, ut una eademq; † res diversas denominationes à personis, quibus competit, admittat, *Ioh. Gadd. in respons. iur. de restit. Baron. Vallend. lib. 1. c. 448.* Et quæ in Principibus † superioritas dicitur LandesFürstliche/in aliis die Landes Hohe Obrigkeit/seu Landes herliche Botmessigkeit: aliquando Oberheritigkeit vnd Gebieth. *R. U. de Anno 1555. §. Wo auch im H. Reich, ibi: In was Oberheritigkeiten vnd Gebiethen das were. & R. U. de Anno 1559. §. Vnd wiewol in solcher Executions Ordnung. Aliquando Hohe Obervnd Gerechtigheit. R. U. de Anno 1548. §. Vnd als erslich in solcher Ringerung. ibi: An ihren hohen Obervnd Gerechtigkeiten/zu nachthelligem Abbruch/1c. & in §. seq. ibid. Quamobrem*
- 23 superioritas † territorialis ist in Principe LandesFürstliche / in Comite Gräfflich/in Civitate Stättlich/ & sic deinceps, *uti relatum in Camera in causa Hirnheim contra Ehur Pfaltz / apud Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 3.* Ideoque distinguendum † inter jus personale Principum, unde appellatur die LandesFürstliche Obrigkeit / quod ipsis saltem personis Principum coheret: & jus der Landes Hohen Obervnd Heritigkeit / quod unà cum territorio etiam sine speciali titulo conceditur. *Zigler. in communib. conclus. §. Landsaffii. n. 10. & ibi allegari.*

## CAP. VI.

## QUATENVS VERA SIT VVLGATA

*Dd. Theorica; Posse quemlibet Principem, Comitem, Baronem & Civitatem Imperii in suo territorio, quod potest Imperator in universo, novè & prolixè declaratur.*

- VVLGATA & trita est tam in foro, quam scholis, illa *Dd. Theorica; † Posse quemlibet Principem & jura territorii habentem in suo quod potest Imperator in universo, idq; in consequentiam dignitatum Imperialium. Bav. in l. infamem. n. 14. ff. de public. judic. Alexand. consil. 2. n. 9. vol. 1. Prosp. Farinac. in pract. crimin. de in-*

de inquisit. q. 6. n. 7. Decian. respons. 5. n. 17. vol. 4. Marant. in disp. 6. n. 14. Cachéran. decis. Pedemont. 88. n. 17. ubi de Duce Sabaudie hoc inferi. & ante eum Iacobin. de S. Georg. in tract. Feud. verb. Carolus Dux Sabaud. vers. Dubitatur etiam. Claud. Bertazzol. in addition. ad consil. Barthol. Bertazz. 285. ubi de † Duce Ferrariæ, quod Imperatoris loco ha- 2  
 beatur in suo Ducatu, tradit. Paul. Castrenf. cons. 228. ubi de Duce † 3  
 Mediolani hoc asserit, dicens, quod ex eo solo, quod ipsi sit concessus Ducatus Mediolani cum aliis terris, factus sit in illis locis Princeps perpetuus, & non temporalis, & quod censeatur in illum in consequentiam translata omnis potestas Imperialis in terris illis, ut eâ uti possit vice Imperii, cum Imperator ibi nullam jurisdictionem exerceat per alium, quam per illum. quem allegat & sequitur Hieron. Schurff. accommodando illud † ad Duces & Principes Germaniæ, & de iisdem Wessenbec. 4  
 cons. 27. sub n. 28. & 29. ubi ex Bald. dicit, quod hi Principes magis in suis Ducatibus assimilentur Principibus, quam Præsidibus. Henning. Gôden. cons. 1. de auri & argenti fodin. n. 4. & cons. 2. in princ. Andr. Knich. de jur. territor. c. 1. n. 127. & 133. Wdatic. Zas. 2. cons. 1. n. 21. Paurmeist. lib. 2. de jurisd. cap. 4. n. 42. Joh. Gædd. in respons. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 463. Henric. Bocer. de Collect. cap. 4. n. 5. ubi ait, quod vicem Imperatoris obtineant hi Principes. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 21. fol. 803. ubi dicit, quod Principes in suis Ducatibus perpetuò investiti, consequenter Imperatoris vicarii in patria sua effecti sint. Andr. Geil. lib. 1. de pac. publ. n. 10. ubi id ad Imperii Civitates Liberas extendit. Coruscant † etenim nostri Principes 5  
 & Status præ eminentiis Imperatori indultis, Andr. Knich. de jur. territ. c. 1. n. 176. Rorcholt. de Feud. cap. 7. n. 37. Ziegler. in commun. conclus. ad aux. prax. Catvol. §. Landsassii. n. 109. Unde communiter Dd. tra- 6  
 dunt, hodiè Imperium † scissum esse, & jura Imperialia quo-  
 dammodò divisa in Duces, Comites, Barones & Civitates, Accurs. in rubric. C. de stud. liber. urb. Rom. Bald. cons. 195. lib. 2. qui alle-  
 gantur apud Gylman. in symphor. supplic. tom. 2. part. 1. vol. 5. n. 21.

Inferitur ex hac communi conclusione, [1.] Quod † licet le- 7  
 ges & statuta condere summæ Majestatis sit symbolum, Bodin. 1. de repub. cap. 10. pag. 240. & dixi supra class. 2. cap. 2. sub n. 15. Electo-  
 ribus tamen, Principibus & aliis Imperii Statibus jus est, leges & jura provincialia promulgare, contrarias abrogare & jura com-  
 munita inconsulto Imperatore tollere, testis est Andr. Knichen in d. tract. de jur. territ. c. 1. n. 179. Schrader. de Feud. p. 2. 9. part. princip. sect. 19. n. 36. & seq. Daub. de testam. n. 36. & 86. vers. iùm quod Principes. Pruckman. cons. 13. n. 82. Nicol. Everhard. jun. cons. 22. n. 6. Meichsner.

- tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 47. *Tob. Pauromeist. lib. 1. de jurisd. c. 6. n. 12. Andr. Geil. de arrest. Imper. cap. 9. n. 1.* ubi in specie in Imperii Civitatibus declarationē hanc exemplificat, *add. Zas. in l. omnes populi. de l. & l. Sichard. cons. 2. n. 2.* ubi id etiam ad Nobiles extendit. Quod ita
- 8 procedit, ut Camera, quæ est summi Principis cōsistorium, ꝑ se-  
cundūm leges & statuta provincialia & Municipalia pronun-  
ciare teneatur, *text. in Ordin. Camer. pars. 1. tit. 56.* quod tamen secus
- 9 fuit olim in Præsidibus ꝑ provincialiarum, qui contra jus statuere  
nihil potuerunt, *text. in l. formam. C. de offic. præf. prætor. Bari. in l. omnes populi. in 1. q. ff. de just. & jur. Pressp. Farinac. in practic. crimin. de delict. & pæn. n. 19.* Et quamvis hodiē etiam inferiores ꝑ Magi-  
stratus & Municipales Civitates statuta condant, id tamen non  
nisi superiorum permisso tacito vel expresso facere possunt,  
10 *Wesemb. in paratit. ff. de legib. n. 3. Zas. ad l. 9. n. 8. ff. eod. Geil. d. c. 9. n. 2.*
- 11 Infertur [2.] Quōd jura belli ꝑ & armorum pariter summi  
Principis Majestati adhærent, ita ut qui jure Romano bellum  
injussu Principis gesserit, delectūmve habuerit, aut exercitum  
comparaverit, læsæ Majestatis argueretur, respondente J. C. Mar-  
ciano in l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. & in eandem sententiam rescriben-  
bus Valentinian. & Valent. Imp. in l. un. C. ut armorum usus, &c.
- 12 Principibus tamen ꝑ Germaniæ, ex antiquissimo libertatis præ-  
tenso, & novissimo Imperii jure, concessum est, ut possint cogere  
militem in propriam & aliorum salutem, secundūm Consti-  
tutionum Imperii præscriptum, *Di. U. zu Speyer de Anno 1526. S. Darauff. & passim in Recept. de Anno 1548. de Anno 1555. de Anno 1564. de Anno 1566. de Anno 1570. Waremund. ab Ehrenberg de fide. rib. lib. 1. c. 2. n. 56. Anton. Fab. in consult. de Ducat. Montis ferr. pro Duce*
- 13 *Sabaudie pars. 1. p. 241.* Indeque delectum ꝑ agere, *Ausmustern/ Di. U. de Anno 1564. S. Ferner dieweil. ibi: Vnd soll nohmats ein jeder*
- 14 *Stand jährlich die seinen selbst mustern. ad arma ꝑ convocare jure*  
territorii possunt. *Andr. Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 238.* Habent jus
- 15 ꝑ fabricandi & parandi tormenta bellica, *Geschütz/ Arteterey vnd*  
*Munition/ Di. U. de Anno 1555. S. Vnd demnach ein Kriegervolck zu*
- 16 *Voß/ ic. jus ꝑ Armandiæ & Armamenta, Zeug- vnd Rüsthäuser: jus*  
17 *muniendi ꝑ arces & extruendi fortalitia, Festungen vnd Passieren*  
*zu bawen/ quod ipsum Majestatis particulam asserit, Arnise. de jur. Majest. lib. 1. c. 5. n. 8. & ad regalia pertinere docet Andr. Knich. de jur. territ. c. 3. n. 239. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 1. n. 15.*
- 18 Habent etiam Status & Principes Imperii jus ꝑ sequelæ, *Folg*  
*vnd Heiß/ cujus vigore subditi Principem vel alium Magistratum*  
suum superiorem bellum moyentem, vel ab aliis moto resisten-  
tem

rem, sequi tenentur, *Andr. Knich. in verb. Ducum Saxonie. c. 5. n. 310.*  
*Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 2. c. 2. n. 4. & c. 3. n. 9. Maass. Wehner.*  
*in pract. obs. verb. Folge/ Reisen/ Dienst. Maass. Steph. de jurisd. lib. 2.*  
*p. 1. c. 7. n. 470.*

Juri bellico connexum est jus † fœderis, ita ut à pari dicantur 19  
 procedere jus belli & fœderis: Hinc Principes & Status Imperii  
 fœdera, quæ publicæ † pacis & securitatis causâ sunt, inter se 20  
 ferire possunt. *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 15. ibi: Jedoch Getübd vnd*  
*Verbündnüss/ so die Fürsten/ Stätt/ vnd andere/ wegen gemeines Lands*  
*friedens auffgericht / aufgenommen. Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. So jes*  
*mand. ibi: Setne Freunde/ Hetsfer. Waremund. ab Ehrenb. de Fa. verb.*  
*lib. 2. c. 2. n. 13. Bodin. 1. de repub. c. 7. circ. fin. p. 122.*

Infertur [3.] Quòd Principes † & Status Imperii in suis dis- 21  
 trictibus jura territorialia & regalia usurpant, eique annexam  
 omnimodam jurisdictionem criminalem & civilem, die Hohe  
 Landes Herrliche Gerechtigkeith/ mit allen Gerichten/ obrist/ mittelst vnd  
 nidrist/ mit allen ihren Ehren/ Würden/ Freyheiten/ Nutzen vnd Zugehö-  
 rungen. *Andr. Knich. passim in tract. de jur. territ. & dixi supra hac class.*  
*c. 1. 2. & 3. passim. Ernest. Coihman. respons. Academ. 1. n. 260.*

Infertur [4.] Quòd inde etiam Principes & alii superiores 22  
 immediati hisce similes, † gratiæ Dei suam dignitatem acce-  
 ptâ ferunt non minùs quàm summus Princeps, juxta receptam  
 in literis & edictis formulam, Wir von Gottes Gnaden. *Bodin. 1. de*  
*repub. c. 10. Maass. Steph. de jurisd. part. 7. lib. 2. c. 7. n. 41. quod tamen*  
*in Gallia neminem absque crimine læsæ Majestatis scribere au-*  
*dere testatur Monsieur de Serrez lib. 1. inventar. quem allegat Jo-*  
*han Norderman. de jur. Principat. conclus. 88. lit. B. in notat.*

Infertur [5.] Quòd Principes † & Status Imperii habeant jus 23  
 restituendi famæ, arg. l. 1. §. fin. ff. de quæstion. l. Divi fratres. ibi: *restitu-*  
*integrum restitutio. ff. de pæn. R. N. zu Speyer de Anno 1526. §. Vnd wies*  
*wol der gemeine Mann. ibi: So soll ein jede Obrigkeit Macht und Gew-*  
*walt haben / ihren Untertanen / so sich in Gnad vnd Bagnad begeben /*  
*vnd gestrafft worden sind / nach gelegenhett vnd ihrem gefallen / widerumb*  
*in Stand ihrer vorigen Ehren zu setzen / zu qualificiren / vnd geschickt zu*  
*machen / Dache vnd Gericht zu besitzen / Rundschaft zu geben / vnd Lampe*  
*zu tragen / &c.*

Infertur [6.] Quòd Principes † & Status Imperii habeant 24  
 jus indulgendi delicta & remittendi pœnas capitales, arg. l. 1. §. *bestias. ff. de pæn. d. recess. de Anno 1526. §. Es soll auch. & §. 19. Thom.*  
*Michael. de jurisd. concl. 76. lit. B. quod tamen proprium est † sum-*  
*mi Principis, l. relegati. ubi Bart. ff. de pæn. Par. f. consil. 9. n. 59. lib. 4.*

- Bart. in l. acta. §. amplianda. ff. de re judic. Cacheran. decis. Pedemont. 161. n. 3. 4. ubi reddit rationem; quia remittere peccatum, est supra legem, Ma. th. 10. Mar. 1. Luc. 5. & contra legem, Innocent. in cap. cum P. Tabelio. n. 2. de fid. instrument. Indeque in regnis Hispaniarum*
- 26 † & Neapolitano inferiores à Rege hanc potestatem non habere scribit Azeved. *lib. 8. tit. de los perdonnes. & post eum Don Garf. Mastrill. ad indult. general. Philipp. 3. Regis Hisp. cap. 2. n. 4. 7. Et hanc esse communem opinionem ait Stort. de vestitus. in integr. part. 2. q. 92. n. 90. & seq. & ab ea neque in consulendo, neque in iudicando recedendum esse dicit Prosp. Farinac. in pract. crimin. tit. de inquisit. quæst. 6. n. 2. ita ut ne consuetudine contrarium induci possit, Arvendag. de exequend. mandat. lib. 1. c. 7. n. 12. quem allegat & sequitur Don Garf. Mastrill. di. et. modò loco. Et ita in causa Comitum Valpergia & S. Martini contra fiscum in summo Pedemontium senatu iudicatum & decisum testatur Cacheran. d. de*
- 27 *cif. 101. in fin. & ibid. sub n. 3. generaliter tradit, quòd † vicarii Imperii non possint remittere seu indulgere delicta, nisi in privilegio vicariatus essent verba hoc importantia, prout in privilegio Serenissimi Ducis Sabaudia esse testatur. Verùm quicquid sit in aliis regnis, in Germaniæ Principibus hodiè dubium non est, quin qui potestatem indulgendi & remittendi delicta capitalia, quatenus tamen divini juris non refragatur auctoritas, habeant, sive ex speciali cōcessione, sive ex immemorialis temporis privilegio hoc ipsum obtineant. Et quod Cacherani tradita attinet, non huc pertinent; quia is non de Comitibus Imperii ab Imperatore immediatò, sed à Duce Sabaudia investitis loquitur.*

Infertur [7.] Quòd Status & Principes Imperii habeant jus concedendi securitatem & salvum conductum bannitis, *arg. d. l. relegati. ibi: commea. sum. ve. ff. de pæn. Thom. Michæ. de jurisd. d. concl. 76. lit. c.*

- 28 Infertur [8.] Quòd habeant † ius conducendi peregrinantes per vias publicas, *die Staatliche Obrigkeit / auff freyer Keyserlichen Heer und Reichsstraassen / Andr. Knich. de Saxon. non prov. jur. cap. 5. & hoc habent tanquam partem jurisdictionis territorialis, Wesenbec. cons. 33. n. 3. & 10.*

Huic juri salvi conductus non tantùm securitas & defensio, sed etiam punitio facinorosorum inest, sine quâ illa consistere non potest, *l. congruis. ff. de offic. Præs. d. l. 1. §. quoties. ff. de offic. præf. et. urb. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 2. n. 39. tum etiam, quia Dominus*

- 29 territorii hoc jus usurpans tenetur de prædato relarcire † rapi-

nam in suo territorio commissam, per ea, quæ tradit Zas. 1. consil. 14. per 101. Andr. Gest. 2. obs. 64. per 101. Mynsing. 5. obs. 70. Sixtin. d. cap. 2. n. 36. fac. Aur. Bull. Carol. IV. tit. 1. R. U. de Anno 1555. §. Nachdem aber ein jeder Churfürst. & de Anno 1559. §. Damit dann die Obrigkeiten. & di-  
 Etum pluribus supra suo loco. Quamobrem ¶ in multis locis aluntur 30  
 stipendiarii, (vulgò Husreuter/ Stallbrüder/ Einspenniger) ad hoc deputati, ut viarum curam habeant, die das Stait berenten. Matth. Wehner. in pract. obs. verb. Stait/ Staitliche Obrigkeit.

Infertur [9.] Quòd possint concedere ¶ inducias morato- 31  
 rias debitoribus, vulgò Instandsbrieff oder Quinquonell. de quibus in l. fin. C. qui bon. ced. post. l. quoties. 2. l. uni. versa. C. de precib. Imp. offer. Reformation guter Policen. Ordnung de Anno 1548. sub 1. Von verordneten Rauffteuthen. Th. Mich. de jurisd. d. concl. 76. lit. d. Ant. Tessaer. decis. 186. n. 2. Ant. Fab. in Cod. ver. in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 2. defm. 6.

Infertur [10.] Quòd Principes ¶ & Status Imperii possint 32  
 ex iusta & urgente causa concernente utilitatem publicam, rem alterij auferre, per ea, quæ tradit Ludolph. Schrader. de Feud. pars. 4. c. 1. n. 40. & 2. part. 9. part. princip. sect. 11. n. 27. And. Knich. de jur. servis. c. 1. n. 177. Zigler. in commun. conclus. §. Landsassii. n. 126.

Infertur [11.] Quòd in bonis ¶ spuriorum & sine hærede de- 33  
 cedentium succedant, Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 9. n. 60. & seq. Borch. in d. cap. un. quæ sint regal. quod olim ad solum Imperatorem pertinebat, l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. l. quidam. 96. §. quoties. 1. de legat. 1.

Infertur [12.] Quòd sicut donatio ¶ ab Imperatore facta li- 34  
 beris in potestate non confertur, ut tradunt Dd. ad Aush. ex testamento. C. de collation. quia talis donatio habetur pro peculio Castrensi, ut est text. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. Peculium autem Castrense non confertur, l. fin. C. de collation. Ita etiam à Principibus Imperii ¶ facta donatio habetur pro peculio Castrensi, & 35  
 facta liberis non confertur, ut notavit Bald. in l. pen. C. de collat. & post eum notandum dicit pro Principibus, qui multos habens liberos, Joh. Sichard. ad d. Aush. ex testamento. n. 17. C. de collation.

Infertur [13.] Quòd possint Principes ¶ & Status Imperii 36  
 suos subditos nõ minùs collectare quàm Imperator universos, quâ de re supra hac class. cap. 4. §. Onerum exactio. pluribus egi.

Infertur [14.] Quòd possint creare ¶ in suis terris Magistra- 37  
 tus & recipere Appellationes, quâ de re pariter d. c. 4. in §. iustitiæ administratio. actum.

Infertur [15.] Quòd Principes ¶ & Status Imperii publicum 38  
 tam Catholicæ quàm Augustanæ Confessionis exercitium mu-

tare jure territorii possint, de quare similiter d. c. 4. §. religionis cura.

39 Infertur [16.] Quòd possint recipere † Judæos, Reform. Polit. de Anno 1548. tit. Don Juden vnd ihrem Bucher. Recept. Deputat. de Anno 1577. tit. 10. in pr. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. n. 19. & seqq. Kuland. de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 50. add. Coshman. ad tit. C. de Iudæ. de quibus infra suo loco adhuc agemus.

40 Infertur [17.] Quòd habeant † jurisdictionem forestalem, die Forstliche Obrigkeit/Forstrecht/Wäldtliche Obrigkeit/ quæ nihil aliud est, quàm jurisdictio, quæ in sylvis aut nemoribus, eorumq; ratione exercetur, Matth. Wehner. in pract. obs. verb. Forstrecht. Et consistit in banno ferino & jure foresti, quod pulchrè explicat Thom. Mich. de jurisd. concl. 51. Forst ex proprietate linguæ Germanicæ nihil aliud, quàm nemus aut sylva, & propriè significat latum nemus, sine clausura. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 13.

41 in prin. Jus Foresti † in genere acceptum, & bannum ferinum Witdbahn/ & jus foresti das Forstrecht in specie complectitur. Est enim totum integrale, quod constituitur ex Witdbahn/ & aliis partibus, so dem Forstrecht anhängig/ quæ de re lanus tractat Matth. Wehner. modò allegat. loc. qui de hoc jure videndus.

42 Infertur [18.] Quòd Principes † & Status Imperii habeant jus mittendorum Legatorum seu Ambassadorum, qui etiam in Comitibus dicantur der Stände Gesandten vnd Voetschafften. N. N. zu Augspurg de Anno 1500. sub tit. Wie man mit etlichen Ständen des Reichs. Et ferè semper in Receptibus hæc formula reperitur; Mit Churfürsten/Fürsten vnd gemeinen Ständen/auch der Abwesenden Räte/ Voetschafften vnd Gesandten. vid. inter alia N. N. zu Augspurg de Anno 1555. §. Damit aber. §. Wiewel wir nun. & §. In solcher. Matth. Wehner. in obs. pract. verb. Gesandten.

43 Infertur [19.] Quòd † Status & Proceres Imperii habeant jus Archivi, per ea, quæ traait Rutger. Ruland. de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 18. & multis seqq.

Quis itaque ex hisce & similibus non videt, Principes & Proceres Imperii in suis territoriis & dominiis idē posse, tam quoad jura territorialia, quàm regalia, imò ipsa etiam Majestatis reservata, quæ potest Imperator in universo.

Verum licet hæc & similia, quæ pro stabilienda illa vulgata Dd. Theorica adferri solent, Statuum & Principum Imperii dignitatem & sublimem eminentiam satis illustrent & ostendant;

44 tamē inde simpliciter & generaliter † inferre velle, posse quemlibet Principem & Statum in suo, quod potest Imperator in universo, juxta allatam Theoricam, non solum temerarium, sed etiam

etiam periculi plenissimum esse existimo. Unde sæpè multos isthac generali assertione apud Principes, Comites & Barones maximo perè abuti, experienciâ teste, docet magnus Hassiæ J. C. Regner. Sixtin. in *percelebri suo tractatu de regalib. lib. I. c. 5. n. 122.* Ideoque hanc Theoricâ communem † quidem, magno tamen 45 errore inductam esse, ex *Jacobin.* dicit Borchold. *cap. de regalib. n. 7.* Matth. Wehner. in *pract. obser. verb. LandesFürstliche Obrigkeit. pag. 463. col. I.* Quis enim tam turbidæ mentis esset, qui Principes, Comites, & alios regali dignitate præditos, pro Imperatore cole-ret, inquit Valentin. Forster. in *tract. de succession. ab intest. cap. 34. n. 32. in fin. lib. 6.*

Circumsident quidem Proceres † & Status Imperii Solem 46 suum, h. e. Imperatorem tanquam radiantia lumina & velut per singulos orbes sigillatim dispersa, ut *eleganter loquitur Zach. Viet. de exemp. concl. 4.* Sed sicut Sol minora † sidera omnia per se satis 47 lucida majori suo lumine offuscat & abscondit, quasi nō essent; ita & Imperatoriæ Majestatis inferiores Principes, Proceres & Status Imperii omnes fasces quasi submittere par est, *Rittershus. in descript. vit. Friderici I. cui accedit Bodin. I. de repub. c. 10. p. 255.*

Et ut ad principium † respiciatur, notum est, quod latâ lege 48 Regiâ, omnis potestas, jus & dignitas in Principem Romanum collata sit, qui inde etiam fons jurisdictionis, in quo omnes dignitatis & superioritatis thesauri reconditi fuerunt, ut *suprà c. 2. hac class. & passim dictum*, appellari meruit. Sed sicut omne bonum † est communicativum sui, ita etiam tantæ Majestatis & 49 dignitatis thesaurus absconditus latere non potuit nec debuit, sed per universum Imperii corpus diffundi cœpit, ut tante fieret illustrior, quanto magis in personis Illustribus foret conspicua. Ideoq; Imperator munificus & gloriosus † jurisdictionem 50 & dignitates distribuere dicitur, sicut Aquila prædam suam, & non curans in omnibus epulis os apponere, ut inquit *Restaur. Cassald. de Imperatore. q. 95. n. 2. & ex eo Sigismund. Scacc. de Appellat. q. 8. n. 13.*

Præterea monui *suprà class. 3. c. 1.* ex multis Imperii constitu-tionibus, Imperatorem † esse caput Imperii; Proceres verò plâ 51 ejusdem capitis membra, *eingeteibte Glieder des Keyserlichen Majestät. R. U. de Anno 1541. in princ. Quemadmodum † à capite om. 52 nis motus derivatur in reliqua membra ita jurisdictiones, regalia & alia dignitatis jura ad Proceres & Status, tanquam nobilia illius capitis membra & fulcra tantæ Majestatis, splendorem sus-tentantia, *cen. aur. Bull. de Electoribus loquitur*, dimanare cœperunt.*

53 Rei namque magnitudo † requirebat, in curarum partem viros fortes assumere, illosque illustri dignitate donare, ut spectatæ virtutis comites essent Auctoritas & Felicitas; tantumq; inter reliquos omnes eminent,

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi:*  
ut sub Pastoris habitu canit Maro de Roma sua.

Primis quidem temporibus auctoritate Principis constitutus 54 fuit Præfectus † Urbi, qui omnibus Magistratibus urbanis antecellebat, *l. 1. l. 3. de præfect. urb. l. 2. de pæn. l. 6. de interd. & velegat.*

55 Deinde Præfectus † Prætorio, cujus tanta erat potestas, ut ab ejus sententia appellare fas non esset, *l. 1. de offic. Præfect. Prætor.* In Provincia erant Præsides & Proconsules, qui & ipsi summam post Principem potestatem habebant, *l. 1. ff. de offic. Præs. & Procons.*

56 Translato ad Germanos † Imperio, Magistratus ad certum tempus, vel ad terminum vitæ constituiebantur certis assignatis stipendiis & salariis, qui postea sub fide vasallitica hæreditariè de provinciis, quibus præerant, investiri cœperunt, unde amplissima illa jura territorialia orta sunt, *Cujac. l. Feud. tit. 1. And Knich. de jur. terris. c. 1. n. 12. & seqq. Vulsej. l. Feud. c. 1. n. 14. Ernest. Coshman. 4. conf. 3. n. 3. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 446. & dixi supra clas. 4. c. 16. n. 15. & seqq.*

Per hanc tamen munificam & prolixam Imperatoris concessionem, Majestas † ejus & suprema potestas non imminuitur, sed magis honorabilis, magisq; timenda efficitur, *Bald. in c. intel.*

57 *lecto. n. 5. de jurejur.* Nam horum præsidio † dextera Imperialis potentia roboratur, mit welcher Hülffe der Gewalt Keyserlicher Macht gestärket wirdt / ut de Electoribus loquitur *Carol. IV. in Aur.*

59 *Bull. tit. 5.* Quantò † enim quilibet præest majoribus & dignioribus, tantò & ipse major habetur & dignior, ut *Iustinian. Imp. dicit in Novell. 15. in pr.* Unde Carolum V. Imp. gloriatum ferunt, se in Germania Regibus, in aliis verò regnis, mancipiis & servis imperare.

60 Imperator † si quidem quoad regalia & jurisdictionem instar maris est, quod fluminum concursu neque augetur, neque minuitur, *lason in l. qui Romæ. §. Scja. n. 15. de V. O. Tob. Paurmeist. de juris. Rom. Imp. lib. 2. c. 4. n. 23. Covarr. pract. 99. c. 4. n. 2. Cacheran. decis. Pedemont. 30. Gøden. conf. 59. n. 2.*

61 Et sicut ex ipso † tanquam fonte perenni ista jura superioritatis promanant per investituras, privilegia, cōcessionones & confirmationes, ita ad eundem tanquam Oceanum per Appellatio-

nes, Nullitates & Querelas refluent & recurrunt, ut ex Bald. Angel. Pacis. & aliis dicit Thom. Michaël. de jurisd. conclus. 1. l. 1. c. Paurmeister. de jurisd. Rom. Imp. d. c. 4. n. 22. & ibi allegati. Est enim jus summe ꝓ potestatis perfectum & absolutum quid, quod neque crescere, neq; minui potest. Bald. consil. 333. col. 2. lib. 1. Meichsn. som. 2. lib. 1. decis. 6. sub n. 88. Quis itaque inexhausti illius Maris abyssum exhauriet? Et quemadmodum Sol radios ꝓ suos longè lateq; spargit & emittit, & tamen nihil lucis amittit, ita Imperatoria Majestas radios dignitatis suæ variè spargit, & lucere & splendere ipsa non desinit, uti eleganti hoc similit, sed tamen ad aliam rem usitur Iusi. Lips. masculus seculi nostri scriptor cens. 3. selectar. Epistol. Quod eleganter expressit Fridericus II. Imp. in privilegio Ducibus Austriae concessio, inquit: De fulgore ꝓ throni Cæsarei, velut ex Sole radii; sic cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas memorati luminis non sentiat detrimenta, tantoque magis Imperiale sceptrum extollitur, & tantò magis cura regiminis & sollicitudinis relevatur, quantò tribunal ipsius digniores in circuitu circumspicit regiones. Hac igitur consideratione communiti, qui cœlesti providentiâ Romani Imperii moderamur habenas, soli nostri decus tam veterum dignitatum ornamentis fovemus, quàm novis honoribus ampliamus, ut habetur apud Petr. de Vineis lib. 6. Epist. 26. Quid enim Imperatoriâ ꝓ Majestate esse potuit dignius, quàm Proceres Imperii, tanquam tanti corporis artus, sui splendoris & dignitatis participes facere, salvâ & illæsa Majestatis suæ dignitate, qui cò attentius & majori cū auctoritate & felicitate capiti suo, tam pacis quàm belli tempore, suis consiliis, suisq; affuturi essent auxiliis, & tanto libertatis & munificæ dignitatis nexu devincti, pro eo sanguinem promiscuè fundere parati? arg. sis. 7. lib. 2. Feud. & ibi Feud. dista. Connan. 2. commentar. jur. Civ. c. 9. n. 5.

Præterea, uti per istam concessionem non evacuatur vel minuitur Imperatoris Majestas, ita neque ex ea Imperatori pares efficiuntur, ꝓ & quasi collegæ, hi, in quos illa jura collata sunt, ut sinistrè opinatur Bodin. 2. de repub. cap. 6. & lib. 1. cap. 10. Vasallos ꝓ enim, non socios & Imperatores facere cogitavit Princeps, qui Ducibus, Comitibus, Baronibus & similibus, feuda cum regali dignitate, subditos & omnimodam jurisdictionem concessit, inquit Anton. Fab. in Cod. rerum in Sabaud. judicior. lib. 3. sis. 12. defn. 17. n. 6. Qui pro illo imperandi jure, quod à Cæsare ꝓ in alios nacti sunt, tanto majorem pro se suisq; subditis obedientiam & reverentiam Cæsari præstare debent, tanquam patrono

- suo, cujus beneficio tantam potestatem sint consecuti, *arg. l. 1. vers. quod æquissimum. ff. si à parent. quis manumiss. sit. l. si manumissor. 4. C. de obsequ. patron. præstand. l. filio. 7. ff. ut legat. seu fideicom. ser. 69 vna caus. car.* Actus t̄ autem agentium non operantur ultra intentionem, *l. non omnis. 19. in pr. ff. de reb. credit. à qua omnis regitur dispositio, Bald. in l. generaliter oppos. 2. C. de Episcop. & Cleric. & l. eam quam. C. de fideicom. quæ que extendit, ostendit, restringit & declarat omnem dispositionem, l. cùm ejusdem. §. interdum. de ed. lit. edit. Decian. resp. 41. n. 2. 2. vol. 1.*
- 70 Quamobrem rectè dicit Bald. Summum Principem t̄ inferiores assumpsisse in partem sollicitudinis, non plenitudinem potestatis, *d. conf. 333. col. 2. lib. 1. Nat. conf. 636. n. 169. Heig. illustr. 99. p. 1. 9. 4. n. 25. Math. Stephan. de jurisd. lib. 2. c. 5. n. 15. quod exprimitur in N. U. de Anno 1495. sub tit. Handhabung des Friedens, §. fin. ibi: Vnd getrewlich / gehorsamlich heiffen / handhaben / schützen und schirmen. add. N. U. de Anno 1548. §. Wo aber jemand. ibi: Wider den oder dieselben / sollen und wollen wir und gemeine Stände einander getrewlich / Raht / Hülff und Beystand thun / damit der Ungehorsamb gestraffet / vnd vnser Keyserlicher Landfried erhalten und gehandhabet werden möge. neque ad minuendam Majestatem, sed laborem, t̄ curas & sollicitudinem, ut de Rege Hispan. loquitur Bodin. 4. de repub. c. 8. p. 127. & ut devotiores 71 t̄ Imperatori & adversus hostes alacriores essent, Ferrariens. Montan. in usib. Feud. c. ceterum rebus. lib. 1.*
- 73 Omnis itaque concessio, t̄ quocunque modo facta, intelligenda est salvo jure superioritatis, quam Hispani Majoriam, Galli Domanium, nostri verò reservata Cæsarea appellant, ohne schmälerung der Keyserlichen Hoheit und Reservaten. N. U. de Anno 1576. §. Dardurck dann. Bald. conf. 327. n. 7. lib. 1. Math. de Afflic. ad cap. 1. §. at hæc. n. 15. de pac. juram. firm. Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. c. 16. n. 13. & seq. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. n. 122. Meichjn. d. decis. 6. sub n. 88. Iohan. Gædd. in respons. jur. de restitu. Baron. Vallend. n. 80. junct. n. 430. Zachar. Viet. de exempt. concl. 4.
- 74 Suprema t̄ siquidē jurisdictio & potestas regia, est ipsa forma & substantialis essentia Majestatis, *Carol. Molin. in consuet. Paris. 2. 1. §. 2. gl. 4. n. 16. Didac. Covarr. præf. quest. c. 4. n. 1. 2. & passim. Sicut 75 autem essentia t̄ rei à re ipsa salvâ ejus substantiâ separari non potest, ita & hæc suprema jurisdictio, quæ est formalis & essentialis virtus summi Principis, à corona & sceptro Cæsareo inabdicabilis & omnis concessionis nescia est, Molin. d. loco. n. 16. 17. 18. Nicol. Boër. decis. 50. n. 10. 11. 12.*
- 76 Hanc sicut abdicare, t̄ etiamsi vellet, non posset, ita multò minùs

minus velle credendus est, *Ans. Tab. in C. rerum in Sabaud. judicat. lib. 3. tit. 12. de fin. 17. n. 6. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. n. 3. & ibi allegati.* quia in ea hæret humidum † radicale & facultates vitales ipsius 77 animæ Principatus exercentur. Concedendo itaque talem potestatem, hæ facultates, quæ sunt vehiculum regis dignitatis, extinguerentur, & ita fieret Princeps homicida propriæ dignitatis, ut loquitur Bald. in c. si non liceat. c. 10. cum seq. 23. q. 5. confer Mart. de jurisd. part. 4. cas. 196. n. 5. 6. 7.

Et quemadmodum † Majoria & reservata à Principe concedi 78 non possunt, ita nec ab inferiore peti debent, *Affl. Et. in tit. de regalib. in rubr. n. 18.* ubi subdit, quod subditus non debet affectare talium jurium concessionem, juxta dictum Scripturæ: Noli ab homine petere principatum, nec à Rege cathedram honoris, *Ecclesiast. c. 7. v. 4. Don Garf. Masirill. de Magistratib. lib. 1. c. 12. n. 12. 13.*

Pharao Ægyptiorum Rex concedendo † Josepho omnem 79 potestatem in regno suo, quam ipse usurpavit, & ut Patris Patrie nomen ipsius Regis oraculo ferret, supremam tamen potestatem & regii solii Majestatem sibi reservavit, *Genes. 41. v. 40. & 43.* quæ reservatio † ipso jure istius concessionis annexa fuisset, etiam si 80 ejus expressè Rex non meminisset, *text. in cap. dudum. §. non igitur. de præbend. in 6.* ubi Papa: Si Cardinalibus, inquit, nostris vel alteri potestatem dederemus conferendi beneficia, apud nos tamen eadem, imò major potestas remansit. Quo argumento motus Alberic. de Rosat. ad l. fin. C. de jurisdic. omn. judic. asseruit: Quod si Rex mihi concedat † castrum cum omni jure, quod ibi 81 habet, nunquam tamen videtur concessisse jus Regium, sed jus, quod habet tanquam Dominus particularis illius Castri, *Nat. conf. 487. n. 31. Don Garf. Masirill. de Magistratib. lib. 1. c. 16. n. 10.* Nam in omni † concessione quantumvis generali semper intelligitur 82 excepta persona loquentis, *Linguistio. 18. ubi Dd. C. de solut. l. si mercadem. 53. §. ult. & ibi gl. & Bart. ff. de act. empt.* Et hoc maximè procedit † in persona Principis, ne sibi videatur legem imposuisse, 83 c. 1. in fin. de prohib. feud. alien. per Frideric. Menoch. 2. præsumpt. 18. n. 4. neque sibi parem quis creare censetur, *Bero. consil. 74. n. 16. vol. 2. Mart. de jurisd. d. cas. 196.*

Quamobrem participes † quidem summus Princeps fecit 84 Procures Imperii non solum jurisdictionis, sed etiam regalium, non per quandam potestatis suæ abdicationem aut exæquationem seu parificationem, sed per quandam communicationem, concessionem & modum beneficii, reservatâ sibi de illis omnibus supremâ recognitione, ita ut radicaliter in ipso tanquam

fonte perenni regalia regaliorum residerent; communicativè verò sine radicis ipsius læsione & scaturiginis obstructione ad Procetes regni dimanarent.

- 85 Hoc & inde patet, † quòd plerunque hæc Procetes per infestationem habeant, quæ habent, & sic beneficio & auspiciis Cæsarum exercent, *N. H. de Anno 1521. Ordnung des Landfriedens sub iii. Handhabung des Friedens. §. Daranff befehlen. ibi: Auch bey verlust aller Gnaden / Privilegien vnd Rechten / so shr von vns vnd dem heiligen Reich habet / c. arg. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. fac. l. i. vers. æquissimum. ff. si à parent. quis manum. sit. l. si manum. §. fori. 4. C. de obseq. parent. præstand. Ans. Fab. in consuls. de Ducat. Monis ferr. pro Duce Sa-*
- 86 *band. part. 1. pag. 41.* Suntque fiduciarii † ac vicarii Imperatoris perpetui, qui ab ipsis etiam Imperatoribus in bonorum suorum possessionem mittuntur, vel, ut nostri loquuntur, investituram accipiunt, & fidem dant, *Bodin. 1. de republ. c. 10. vers. antea dictum est. pag. 233. quod est census & signum devotionis & supremæ recognitionis, Chassan. in consuet. Burg. rubr. des fiefs. §. ad verb. On à para-*
- 87 *piensonne de son. & c.* Indeque se † subjectissimos Cæsareæ Majestatis verò Römischen Keyserlichen Majestät aller Vnterthänigst Gehorsamste esse in literis & supplicationibus profitentur, *Sixim. de*
- 88 *regal. lib. 1. c. 4. sub n. 8.* Quæ certè formula † non Optimatum, aut eorum, qui cum Rege eadem Imperii potestate utuntur, sed eorum, qui summâ veneratione, fidelitate, & obsequio Regem colunt ac prosequuntur, arguit, *inquit Bodin. 2. de republ. c. 1. pag. mibi 285.*
- Haic distinctioni pro ratione dubitandi adversatur, quòd regalia, præsertim † majora, sint jura regia supremæ Majestatis propria, & in signum summæ eminentiæ tributa (*Henr. Bocer. de regalib. c. 1. & 2.*) ei, qui superiorem non recognoscit. *Sixim. de regalib. lib. 1. c. 1. n. 14.* Unde dupliciter infertur: 1. Quòd propria
- 90 sunt incommunicabilia, † quæ de subjecto in subjectum non migrant, manendo propria, ut fert Logicorum regula. 2. Quòd
- 91 ea, quæ in signum † supremæ præminentiam tributa sunt, non sint concessibilia, *ut superius dictum.*
- 92 Ad 1. respondetur: Propria † quidem esse incommunicabilia in subjecto separato, non verò in subjecto unito, ut communis est Logicorum restrictio. Nam in habentibus symbolum (videlicet unionis) facilius fit transitus, *Bald. in tr. de præscript. 2. part. 5. part. principal. pag. 163. Andr. Knich. de vestitur. part. c. 5. n. 245.*
- 93 Sic anima † propter arctissimum unionis nexum qualitates vitales corpori impertit, quibus tamen ipsa neque exiit, neque spoliatur.

Imperator autem † & Imperii Proceres constituunt unum 94  
 corpus, cuius Imperator caput est, cui illi tanquam pia membra  
 uniuntur, als des heiligen Römischen Reichs Oberhaupt / des Reichs  
 wachendes Haupt. R. U. de Anno 1566. §. Demnach. in Aur. Bull. ut. 2.  
 & supra cl. 3. c. 1. latius dixi. Et sicut † sacratissimus Imp. Justi- 95  
 nianus, viros Illustres, Senatoresque partem sui corporis agno-  
 vit, t. quisquis. C. ad L. lul. Majest. ita & nostris temporibus Proce-  
 rum conventus Imp. agnoscunt, quando in recessibus hanc  
 adjiciunt formulam: Haben wir uns mit den Reichs Ständen / gleich  
 als ein Christlich corpus veretniget und vertragen. R. U. de Anno 1512.  
 in pr. Zach. Viet. de exemp. concl. 4. circ. fin.

Ad 2. respondetur: Quòd ea, quæ in vim singularis privi-  
 legii † Imperatori tributa sunt, concessibilia sint, ut sunt regalia 96  
 tam majora, quàm minora; quæ verò in signum superioritatis,  
 tanquam supremo omnium capiti & Domino reservata sunt, ut  
 est Majestas, & suprema recognitio, in qua consistit formalis  
 & essentialis virtus Imperatoris quæ Imperatoris, à medullis &  
 ossibus ejus, manente dignitate Imperatoriâ, avelli non possunt,  
 Angel. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript. Bald. in l. cum proponas.  
 C. naus. sen. quos allegat. Ularic. Zas. 2. conf. 16. n. 12. Modest. P. 1. conf.  
 4. n. 28. & penes ipsum † resident tanquam scabellum pedum 97  
 suorum, ut inquit Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 2. gl. 4. n. 9. Ioh.  
 Parlador. lib. 2. rerum quosid. c. 1. n. 7.

Differunt autem regalia à Majestate, tanquam Effectus à sua  
 Causa, vel ut Adjunctum & Subjectum, Boccr. de regalib. c. 2. n. 1.  
 Arum. in discurs. 1. jur. publ. Sunt enim regalia quasi effectus ipsius  
 Majestatis, & adjuncta declarantia.

Multa itaque & magna † concessa sunt Proceribus & Statibus 98  
 Imperii; multa verò & majora sunt reservata Imperatori, quæ  
 ad ejus splendorem, Majestatem, & auctoritatem tuendam per-  
 tinent, Valens. Forster. de success. ab intest. lib. 6. c. 34. n. 32. Et commu-  
 nicatio † sic semper exaudienda, ut in ipso communicante ma- 99  
 jor remaneat potestas illâ, quæ communicata est, ut ex Bald.  
 notas referens in causa Teutschenmeister contra Ottingen/apud Meichsn.  
 som. 2. lib. 1. decis. 6. sub n. 88. vers. sed circa has.

Quamobrem sicuti capiti † præ eminentia, superioritas & im- 100  
 perium totius corporis à natura est tributum, cuius facultate  
 multas gubernationis suæ partes perficit, quæ non sine magna  
 confusione reliquis membris attribui possent; ita & summum  
 Imperii caput multa supremæ dignitatis & majestatis jura ex-  
 ercet in universo Imperio, quæ tamen quilibet Princeps, Co-

mes & Status sine justitiæ & boni ordinis confusione in suo non potest exercere territorio.

Quod ut manifestius appareat, in gratiam juniorum, quædam de juribus Imperatori reservatis sigillatim enarrabo.

- 101 Et quidem 1. solus Imperator † summus Imperii curator & caput supremum das Oberhaupt / *ut supra passim dictum.* Et solus habet universale & directum dominium totius orbis Romani, *l. de precatio. ff. ad L. Rhod. de jact. princ. constitut. de Justin. Cod. confirm. l. 2. in pr. C. de jurejur. propter calumn. dand. Novell. 30. in præfati. Lipsi. in admirand. lib. 1. c. 2. & 3. Iason ad l. Imperium. de jurisdic. Anton. Fab. in consulti. de Ducat. Montisferrat. par. 1. p. 40. Andr. Geil. lib. 1. de pace publ. cap. 11. Lancellos. in templ. omni. judic. l. b. 1. cap. 1. §. 1. ad verb. Imperator est mundi Dominus. & §. 4. ad verb. habet dominium universale. Zachar. Viet. de exemption. concl. 1. & dixi latè supra clas. 3. c. 13. per tot.*
- 102 2. Solus † leges universales cum Procerum consilio & suffragio conceptas Imperialis culminis auctoritate promulgat, ut ex omnibus terè Recessuum Imperii usitatis formulis & promulgationum clausulis patet: *Nachdem wir uns mit den Ständen / vnd sie widerumb mit uns sich verglichen / so setzen demnach / ordnen vnd wollen wir auß Dänischer Keyserlicher Macht vnd Vollkommenheit. text. notabil. in l. humanum. ibi: Et cum omnes consenserint tunc demum in sacro Numinis nostri consistorio recitari, ut universorum consensus nostræ serenitatis auctoritate firmetur. C. de Legib. l. fin. C. eod. tit. C. de vet. jur. enuel. Bodin. 1. de republ. c. 10. Restaur. Castald. de Imper. quæst. 110. n. 1. Bart. ad l. 3. n. 8. ff. de jurisd. Vultej. 1. Feud. c. 5. n. 7.*
- 103 3. Solus guerræ † seu belli publici, quod pro Imperii totius salute ex contilio & suffragio Procerum gerendum, indicendi jus habet, *l. 3. ff. ad l. Iul. Majest. arg. l. hostes. 2. 4. ibi: publice populus Romanus. ff. de capt. & poss. rev. Geil. 1. de P. P. c. 4. n. 4. & 6. vel licentiam movendi belli alteri, d. l. 3. ad l. Iul. Majest. l. un. C. ut armor. usus sine jus. Princip. c. quid culpatur. 23. 9. 1. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 2. n. 10.*
- 104 4. Ut expeditio bellica eò feliciter procedat, Imperator † solus deliberatione cum Proceribus habitâ, indicit collectam generalem, Reichs Antage oder Reichs Grewer / *l. un. & ibi Dd. C. de superindict. lib. 11. quæ inde Imperialis dicitur, quod auctoritate supremæ jurisdictionis ab ipso Imperatore imponatur, Statibus saltèm nudo facti ministerio permissio & concessio, Thom. Mich. de jurisd. concl. 11. lit. b. Et hæc à reservatâ supremâ & semper apud Imperatorem perpetuo residente Imperii potestate descendit, Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 42. & dixi latè supra hac clas. c. 4. §. Onerum exactio.*

5. Solus † nova vectigalia erigit, *l. vectigalia. 10. ff. de publican. 109*  
 & vectigalib. s. t. C. nova vectigalia instit. non posse. R. N. ae Anno 1576.  
 §. Dardurch dann nicht, *ibi*: Sondern well auch das alles zu vnser Keyser-  
 lichen besondern Hohett vnd Reservaten, vel aliis per modum privi-  
 legii erigendi vectigalia, licentiam concedit, R. N. zu Augspurg  
 de Anno 1530. §. Wiewol auch der Abschied des gehaltenen Reichstages.  
*ibi*: Dergleichen trägt sich zum offermat zu / das leichtfertige Personen  
 die Zölle / damit die Obrigkeit besonders begnadet vnd privilegiret seind/  
 fürseztlich verfahren/te.

6. Solus Imperator † concedit repressalias, *Wesenb. consil. 46. 108*  
*n. 7. Coler. de processib. execut. pars. 1. c. 2. n. 269. vers. conceduntur. n. 280.*  
 Et neque Electoribus, † neque aliis Principibus hasce conce. 107  
 dendi facultas competit, *Geil. de pignorat. c. 1. n. 5. & c. 2. n. 2. Sixtin.*  
*de regalib. lib. 1. c. 2. n. 12.* Et si quis id facere præsumat, mandata  
 sine clausula in Camera contra eum decernuntur.

7. Solus habet jus legitimandi † spurios & natalibus resti. 108  
 tuendi, s. t. C. de Natal. restitur. Nemo siquidem notas vitiosæ  
 opinionis abstergere potest, nisi solus Imperator, *Novell. 89.*  
 §. illud tamen. *Andr. Geil. 2. obs. 142. Zaf. 2. cons. 16. n. 64.* Et quamvis  
 † sunt qui inferioribus à summo Principe hoc jus adscribere vo. 109  
 lunt, *ist videre est apud Ant. Coler. de jur. Imp. Germ. concl. 40.* attra-  
 men verior, † æquior, juri ac rationi magis consentanea est 110  
 opinio, hosce nec legitimare, nec alios actus Principi in signum  
 Majestatis reservatos exercere, aut sibi usurpare posse, inquit  
 Valent. Forster, *de success. ab insect. lib. 6. c. 34. n. 32.*

8. Jus totaliter † restituendi famæ & honoribus per univer- 111  
 sum Imperium solus Imp. usurpat, *l. i. C. de sensent. pass. Rosenb. de*  
*Feud. c. 5. conclus. 2. n. 4. Thom. Mich. de jurisdic. d. conclus. 11. lit. g. Sixtin.*  
*d. c. 2. n. 20.*

9. Solus in Imperio † concedit jus erigendi Academias & 112  
 studia universalialia, *Zaf. de Feud. pars. 5. n. 14. Vulsej. de Feud. lib. 1. c. 5.*  
*n. 7.* Et ita novissimè Rodolphus † I. gloriosissimæ recordatio- 113  
 nis Imp. Anno 1607. fundatore Illustriss. & Celsissimo Ludovi-  
 co Hassiæ Landgravio, Domino & Principe meo Clementissi-  
 mo, Giessemam Academiam amplissimis universalis studii privi-  
 legiis donavit, cui Deus perennem & cum ævo duraturam feli-  
 citatem largiatur.

10. Solus Imperator † habet jus instituendi cursores publi. 114  
 cos, quos postas appellamus, *l. nullus. & s. t. & ibid. Cujac. C. de curs.*  
*publ. angar. & parangar. lib. 12.* Ideoque Anno 1579. cuidam gene-  
 rales cursus per Belgiam & Italiam disponere volenti à Cæsare  
 pro

- pro juris sibi competentis tutione inhibutum fuit, *Thom. Mich. de jurisd. cont. l. 12. lit. b. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 42.* Et Inviētissimus
- 115 Imperator † modernus Matthias I. in Informatione Bohemica nuper promulgata asseverat, daß die Keyserliche Hoffpost/ ihrer Majestät vnd des H. Römischen Reichs hohes Regal sey/ vnd desselben getreue Churfürsten vnd hochwichtigste Sachen betreffe. Et quamvis alii etiam Principes postas & cursores in suis ditionibus habeant, illi tamen respectu istorum privati censentur.
- 116 11. Solus maiores † post se Magistratus, Reges & Principes creat, & de maioribus Feudis regalem dignitatem annexam habentibus investit, *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 5.*
- 117 12. Solus † veniam ætatis indulget, *l. 1. & t. t. & ibi Dd. C. de his, qui ven. ætat. vid. supra clas. 3. c. 12. n. 51.*
- 118 13. Solus † absolutâ & legibus solutâ utitur potestate, & nullius imperio in terris subest, *vid. supra d. clas. 3. c. 12. per tot.*
- 119 14. Solus ex plenitudine † potestatis imperat, auß Römischer Keyserlichen Macht vnd Volkthommenheit. *Aur. Bull. tit. 3. circ. med. N. N. zu Augspurg de Anno 1530. §. Vnd dieweil wir nun. quæ qualitas in inferiores cadere, nec à Principe, salvo Majestatis jure, separari potest, Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. sub n. 103. & passim.*
15. Solus concedit privilegia supremæ post se dignitatis, *Aur. Bull. tit. 8. & tit. 11. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de consti. Princip. Solus † nobilitat, vel nobilitandi potestatem concedit.*
- 120 16. Solus Imperator † concedit in Imperio jura territorialia eiq; annexas regales dignitates, *arg. l. 1. ff. ad L. lul. de ambit. l. sacre legi. C. de divers. rescript. Cav. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gl. 4. n. 8. & dixi supra hac clas. c. 2. n. 2. 3. 4. 5. 6.*
- 121 17. Solus Imperator † bannum Imperiale des Reichs Acht/ex plenitudine potestatis, in refractarios, rebelles & seditiosos, des Heiligen Reichs Echter/tâm immediatos, quàm mediatos irrogat, privilegiis, dignitatibus & immunitatibus privat. *N. N. zu Speyer de Anno 1542. §. Würde sich aber jemand/er sey Churfürst/Fürst/Geistlich oder Weltlich/Prælat/Graff/Freyherz/Herz/ıc. dessen verwidern/ıc. soll derselbe in der Röm. Keyf. Maj. vnd des H. Reichs Acht gefallen seyn. & ibi: Zu ertklären vñ zu sprechen/daß er aller vñ jeder seiner Privilegien/Freyheiten/Gnad vnd Berechtigtheit/so er von Röm. Keyf. Maj. vnd dero Vorfahren am Reich / Römischen Keysern vnd Königen hat/entsetzt vnd*
- 122 privirt sey. Et solus † rursus restituere ac à banno irrogato absolvere potest, *Ord. Cam. part. 2. tit. 18. §. So auch. in fin. Geil. lib. 2. de pac. publ. c. 18.* Et quamvis † inferiores etiam in suis terris aliquem
- 124 bannire possint, tamen ejusmodi banna extra eorum territoria

non extenduntur, & rectius proscriptiones, relegationes, & deportationes, quàm banna appellantur, *Geil. de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 12.* Banniti † verò ab Imperatore, ex toto orbe Christiano 125  
 banniti censentur, ut in nullo regno securitate gaudere possint, *N. H. zu Erfurt de Anno 1567. §. Wir wollen auch. ibi: Ertliche Könige/* als Hispanien/ Frankreich/ Dennemarck/ Polen vnd Schweden/ auch die gemeinen Eyndgenossen abermaln/ entweder durch Eshickung/ oder in Schifften ersuchen/ das sie denen/ als erklärten/ vnsern vnd des H. Reichs Eshtern/ vnd Betrübren gemeines Friedens/ kein Fürschub/ Auffenthalt oder Vndersehieff / in vnd bey ihren Königreichen/ Landen vnd Leuten/ nicht gestatten oder zulassen wöllen. Nam bannitus † ab Imperatore 126  
 (qui est Dominus mundi & fons jurisdictionis) pro eo habetur, qui omnibus juris Civilis beneficiis exuitur, & omnium libidini exponitur, *Ord. Cam. part. 2. l. 9. §. So jemand, ibi: So bald auch der* oder dieselbe Thäter in die angeregte Acht gefallen / declarirt vnd erkläret sind / sollen des oder derselben Leib vnd Gut allermänniglich ertaubet seyn / vnd niemands daran freßeln oder verhandeln können oder mögen. Bannitus † verò ab inferiore amittit saltèm jura provincialia ex 127  
 qua relegatur, quod pulchris exemplis illustrat *Joh. Sichard. ad l. qui deportantur. l. C. de hered. inst.* Neque talis relegatus impunè interfici vel bonis suis spoliari posset, sicut bannitus ab Imperatore.

18. Solus † utitur in Imperio Romano Majestatis appellatione, cùm tamen Procures celsitudinis aut serenitatis titulo contenti sint, *Bodin. l. de repub. cap. 10. p. 233.* Ex his itaque & aliis apparet, quòd multa & majora possit Imperator in universo Imperio, quæ tamen Procures non possunt in suis terris.

Declaratur itaque suprâ proposita Theorica, quòd videlicet possit quilibet in suo, quòd potest Imperator in universo, procedere, 1. quoad jura territorialia & regalia, † non verò quoad 129  
 jura Imperialia, quæ Imperatori tanquam capiti in signum supremæ superioritatis, ad tuendum Majestatis suæ splendorem & auctoritatem, als besondere Keyserliche Hoheiten vnd Reservaten/ reservata sunt, *per suprâ tradita.*

Declaratur 2. procedere quoad jurisdictionem ordinariam & omnimodam, † non verò quoad absolutam & supra leges ci- 130  
 viles constitutam potestatem. Hinc quando Procures † Imperii 131  
 aliquid contra juris scripti auctoritatem perficere actum desiderant, Imperatoris Majestatis culmen ad eunt, & ex potestatis plenitudine contra juris communis regulas sustineri humiliter & devotè petunt, *cujus rei viva exempla vid. suprâ cl. 3. c. 12. n. 44.*

- & *segg.* & n. 51. quod utique necesse non haberent, si idem pos-  
 sent in suo quod potest Imperator in universo.
- 132 Tenentur itidem in testamento † adhibere solennitates testa-  
 mentarias, & in judiciis suis judiciarias, nisi a stum ipso jure nul-  
 lum ab Imperatore, vel summo ejus Consistorio, Camerâ, pronun-  
 ciari velint; cum tamen in Principis summi judicio nullita-  
 tes non attenduntur, neq; a stum vitiant, *vid. similiter supra d. c. 12.*
- 133 n. 29. Et hæc suprema † potestas valdè differt ab ordinaria. Illa  
 namque extra & supra ordinem aliquando exercetur, *per ea, quæ  
 tradit Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 4. n. 1. & multis segg.*  
 Sic & Camera Imperialis non absoluta legibus potestate & ju-  
 risdictione, sed ordinariâ lege Imperii tributâ utitur, *Thom. Mich.  
 de jurisd. concl. 33. lit. b.*
- 134 Declaratur 3. illam Theoricam † procedere non simpliciter  
 & absolutè, sed respectivè tantùm, quoad concessa in privilegiis,  
 non autem quoad ea, quæ in privilegio non continentur, *Natt.  
 conf. 361. n. 29. in fin. Menoch. conf. 250. n. 105. Henr. Bocer. de collect. c. 4.*
- 135 n. 6. Ideoque ita generaliter † inferendo aliquis committit ca-  
 ptionem ex parte ad infinitum, quâ id, quod aliquatenus vel se-  
 cundùm quid, vel quodammodò procedit, quasi simpliciter om-  
 ninò & in totum pronunciatum accipitur, *ut tradit Pauromeist.  
 lib. 2. de jurisd. cap. ult. n. ult.* Sic quilibet dicitur † Rex in sua domo,  
*juxta Panormit. in cap. venerabilem. n. 19. X. de elect. ubi post Joh. Andr.  
 recitat fabulam de quodam rustico, apud quem divertit Richar.*
- 137 dus † Rex Angliæ incognitus; cumque juberetur lavare manus  
 & recusavit, accepit alapam, audiendo illam vulgata allega-  
 tionem, quòd quilibet esset Rex in sua domo, *Coler. de process. exe-  
 cutiv. part. 3. cap. 7. n. 34.* Itaque † non absurdum est dicere, posse  
 quemlibet in sua domo, quod potest Imperator in sua, videlicet  
 quoad administrationem, disciplinam & potestatem œcono-  
 micam, non verò quoad jurisdictionem & Majestatem, quæ ad  
 publicum regni statum, non œconomiam pertinet. Sic etiam  
 Principes in suis territoriis possunt ea, quæ potest Imperator in  
 universo, quoad jura territorialia & regalia, non verò quoad  
 Imperialia.
- Declaratur 4. Vulgatam nostram Theoricam procedere,  
 139 quòd Principum † & Procerum jura proxima quidem sint juri-  
 bus Imperialibus, & magnam cum iis affinitatem & similitudi-  
 nem habeant, non tamen sint eadem & paria. Itaque possunt †  
 140 in suo quod potest Imperator in universo, similitudine juris,  
 non verò paritate & plenitudine potestatis.

Declaratur 5. Quòd hæc † regula ita generaliter accepta in 141  
illis Principibus, Marchionibus & Ducibus procedat, qui supe-  
riorem non recognoscunt; Nam superiorem recognoscentes  
ita exercent jura regalia & territorialia, ne lædant jus regni pu-  
blicum, quod consistit in corona & sceptro supremi Imperii. *Et  
ita declarat Don Garf. Masrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 6. n. 13. 14. & 15.*

Et quando Imperator jus † aliquod, quod in persona ejus vi 142  
gore Majestatis exercetur, alicui communicat, apud eum, cui  
conceditur, definit esse tale, & incipit esse jus territoriale vel re-  
gale, quod sub qualitate der Landes Hohen Ober vnd Herrligkeit cõ-  
petit, salvo adhuc semper Majestatis & supremæ recognitionis  
jure; ut cum Comico dicere hîc possis:

*Duo cum faciunt idem, non est idem,*

*Non quòd dissimilis res sit, sed is, qui facit.*

Siquidem, juxta Philosophorum † tradita, cujusque agentis vis 143  
recipitur accommodatè ad naturam subjecti eius, quod recipit,  
*Aristot. lib. 2. de anim. text. 24.* Et omne receptivum † recipit non 144  
per modum imprimentis, sed per modum receptivitatis, *Scalig.  
exercit. 16. sect. 2.* Ita nec quodlibet jus † in quolibet subjecto pa- 145  
riter consideratur, sed pro habilitate subjecti, in quo residet, re-  
cipitur & exercetur; unde & nostri dicunt, In quolibet actu † 146  
præsupponendos esse terminos habiles, sed omnis inferior † 147  
summo Principe eumque recognoscens est inhabilis ad exer-  
cenda & recipienda jura Majestatis, quæ omnis recognitionis  
& subjectionis nescia in neminem nisi summum Principem ca-  
dere possunt, *ut dixi supra class. 2. c. 1. passim. & n. 221. & seqq.* quæ  
declaratio pro responsione generali ad omnes illationes com-  
munis Theoricæ accommodari potest.

Et in specie ad 1. illationem declarando respondetur, Impe-  
ratorem leges † ferre jure Majestatis & absolutæ potestatis; 148  
Proceres verò & Status Imperii jure territorii. Non possunt ita-  
que in suo territorio ferre legem jure Majestatis, quod tamen  
potest Imperator in universo. Indeque nullius † Principis leges 149  
tanti sunt roboris, quin per Imperialem & Majestaticam legem  
iis corrigendo, abrogando, detrahendo & declarando obviam  
iri possit. *R. U. zu Epenet de Anno 1579. sub tit. Keyserliche Constituz-  
tion / wie Brüder oder Schwester Kinder / ic. ibi: Wollen wir hiemit auß  
vnser Keyserlichen Macht / Vorkommenheit / vnd rechtem Wissen / alle vnd  
jede Statuta, Satzungen / Gewohnheit / Gebräuch / alt Hertommen vnd  
Freyhaiten / wo die an einigem Ort diser vnser Keyserlichen Satzungen zus  
wider erfunden / cassirt vnd abgethan haben. fac. R. U. seu Ord. n. 7. des*

- Landfriedens de Anno 1521. sub rubr. Aufhebung aller Freyheiten. Ex.  
 150 cipitur Saxonici † juris privilegium, quod Saxonix Ducibus  
 multis retrò annorum centuriis singulariter concessum, & à po-  
 sterioribus Augustis confirmatum.
- 151 Non itaque quamvis † legem ferre Majestatis & summæ po-  
 testatis est, sed legem Principis universalem, de qua nec judica-  
 re, c. in istis. distin. Et. 4. nec appellare fas est, l. fin. §. 1. de appellat. recip.  
 c. quia nos. 32. X. de appellat. Bodin. 1. de republ. c. 10. p. 235.
- 152 Possunt quidem Proceres † ex permissione etiam juris com-  
 munitatis, legi universali derogare, l. omnes populi. ff. de l. & l. si tamen  
 prohibitiva & cum clausula derogatoria promulgata sit, nulla  
 in contrarium valere potest dispositio, d. recess. de Anno 1529. Præ-  
 153 terea, leges † Provinciales & statuta condere, potius est de qua-  
 dam juris permissione, quàm ut annexum sit Majorix seu abso-  
 lutæ superioritati, ut ex Bald. dicit Mynsing. ad §. 1. n. 8. Inst. de l. N.
- 154 G. & C. Unde & illud vulgatum Axioma: Omnibus † jurisdi-  
 ctione præditi secundùm modum concessæ vel possessæ juris-  
 dictionis statuta facere permissum esse, Bart. & Dd. ad d. l. omnes  
 populi. de justit. & jur. Dec. ad l. Imperium. n. 4. de jurisd.
- Ad 2. illationem respondetur, quòd jura belli, quæ Impe-  
 155 rialis culminis Majestate † & summæ potestatis plenitudine, si-  
 ne superioris cujusquam permissu suscipiuntur, nullus in Impe-  
 156 rio habere præter Imperatorem, aut sine læsæ Majestatis crimi-  
 ne usurpare possit. Nam armorum † usus, qui jure territorii Sta-  
 tibus Imperii pro tuenda imperii salute & tranquillitate certis  
 casibus ita competit, ut non nisi de permissu summi Principis ea  
 movere possint, Ord. Cam. part. 2. tit. 15. ibi: Auß der Keyserlichen Ma-  
 157 jestät oder vnserm zugeben vnd ertaubnuß. N. U. de Anno 1555. §. Wo sich  
 aber. cum §. seq. Neque etiam † militem in seipsis Ducibus circulari-  
 bus conseribere jure possunt, N. U. zu Wormbs de Anno 1564.  
 §. Demnach so declariren. ibi: Das niemand / was Wesens der sey im  
 N. Reich / hohes oder nidriges Standes / sich vnder stehen soll / einig Kriegas  
 Botck anzunemen / zu bestelle / in sein selbst oder anderer Obrigkeiten vñ Ge-  
 buechen / ohne Vorwissen / Bewilligung vnd Ertaubnuß des Keyß. Obrts-  
 158 tien / c. N. U. zu Augspurg de Anno 1566. §. Den verlicul. Wiewot auch.
- Et si aliter arma suscipiantur, † in Camera Imperiali manda-  
 ta avocatoria contra eos sub pœna banni decernuntur, & per  
 nuncios Camerales insinuantur, vulgò die gemeine Abforderung/  
 vel ex aula Cæsarea missò Fæciali enim Keyserlichen Herold / Or-  
 159 dinat. Camer. part. 2. tit. 9. §. Vnd ob sich. & §. seq. Andr. Geil. 1. de pace  
 public. cap. 4. n. 1. & seq. excipiendus † tamen casus necessitatis,  
 &

& ubi periculum esset in mora, *per ea, quæ infra suo loco dicentur.*

Pro ratione dubitandi dicit aliquis, nec Imperatorem ꝑ sine 160  
 permisso Procerum bellum movere in Imperio posse, *juxta Ca-*  
*pitulationis præscriptum.* Ergo pari jure Imperator cum Proceribus  
 censendus erit. Verùm pro ratione decidendi notandum, quòd  
 diversa ꝑ sint, agere aliquid de alicujus permisso, &, agere de 161  
 consilio & suffragio. Imperator ꝑ juxta Capitulationem, bellũ 162  
 suscipit cum consilio, consensu & suffragio Procerum; Proceres  
 verò ꝑ de permisso Imperatoris. Suffragari ꝑ & consentire etiam 163  
 in inferiores & subjectos cadit, salvâ superioris Majestate, *ut dixi* 164  
*suprà class. 2. c. 1. n. 114. & aliquot seqq.* Et solet isthæc suffragatio ꝑ 165  
 Procerum plerumq; fieri cum contestatione subjectionis, reve-  
 rentiæ & devotionis, *N. A. de Anno 1541. §. Darneben. circ. fin. ibi: Zu*  
*einer eyntenden hülff vnderthäniglich bewilliget. cum similib. add. quæ dixi*  
*c. 1. n. 140.* Permittere vigore potestatis & superioritatis non nisi  
 superioris. Deinde Re. declarando, quòd & olim majoribus Pro-  
 vinciarum Magistratibus ꝑ armorum juxtâ & legum potestatem 166  
 factam fuisse non ambigendum sit, *text. in Novell. 24. in præfat. &*  
*Novell. 25. in pr. & c. 1. qui tamen propterea non dicebantur posse*  
*in suo quod poterat Imperator in universo; quamvis illi hæc ju-*  
*ra titulo administrationis usurpaverint; Proceres verò moderni*  
*jure territorii.*

Ad 3. illationem declarando respondetur: Proceres Imperii  
 habere quidem jura territorialia, ꝑ non tamen per prius, sed per 167  
 posterius. Nam per prius solus Imperator habet territoriorum,  
*Petra de fidei om. q. 13. n. 433. cum seqq. quem allegat & sequitur Andr.*  
*Knich. de jur. terris. c. 1. n. 21.* Indeꝑ solus Imperator ꝑ ita habet jura 168  
 territorialia, ut ea erigere & in aliquem transferre possit, *per ea,*  
*quæ suprà hac class. 5. c. 2. n. 4. & seq. dixi.*

Ad 4. illationē declarando respondetur; indē quòd Principes  
 Imperii Dei gratiæ ꝑ jura sua accepta ferunt, non statim sequitur, 169  
 eos posse in suo territorio quod potest Imperator in universo.  
 Et licet Dei gratiæ sua dominia accepta ferant, tamen Imperato-  
 rem etiam de iis recognoscunt, & quàm humiliter & quàm de-  
 votè investituram petunt, *ut suo loco fusiùs explicatum.* Et jam olim  
 non solùm ꝑ Duces & Principes, sed etiam his inferiores eãdem 170  
 intitulationã usos fuisse testatur Bodin. *I. de repub. c. 10.*

Ad 5. respondetur declarando, quòd in allegata constitutio-  
 ne Statibus Imperii ꝑ in casu isto speciali seditiorũ permillum 171  
 fuerit ex justa ratione jus, subditos, qui seditiosis participes fue-  
 rant, famæ restituendi, quod non est trahendum ad consequen-

172 *nam, l. jus singulare. ff. de ll.* Deinde, si aliquis inferior à summo †  
 Principe promiscue quemvis famæ restituere vellet, & ad testifi-  
 candum de jure inhabilem habilitare, non puto id valere posse,  
 & si secundum ejusmodi testis dictum pronunciatum esset, per  
 appellationem rescindi posset.

- Ad 6. illationem respondetur declarando, quòd Status im-  
 173 perii jus indulgendi ex concessione Imperatoris † & longi tem-  
 poris præscriptione usurpent. Ejus tamen sum sententiæ, si Sta-  
 174 tus † aliquis indulgeret impunitatem delicti, quod esset contra  
 legem divinam moralem, ut est dolosum homicidium, latroci-  
 nium, enormis blasphemia, & similia, putarem, non obstante ta-  
 li indulto, ejusmodi delinquentem ab Imperatore puniri posse,  
 qui vindex in iram & omnibus præfectus est. Ad curam nam-  
 175 que summi Principis tanquam † capituli Imperii pertinet, ne ju-  
 stitia in suis provinciis negligatur, & contra jus divinum delicta  
 176 impunita maneat. Unde etiam omnes Status † Imperii Deo &  
 Imperatori tenentur reddere rationem administrationis suæ,  
 N. U. zu Sperer de Anno 1529. §. Vnd nachdem. *ibi: Wie solches ein ses-  
 der gegen Gott vnd seine Majestät gedencket zu verantworren.* Et aliàs  
 177 propter † denegatam vel neglectam justitiam ad Imperatorem  
 178 causa devolvitur, *ut in c. seq. dicitur.* Imò expressè constitutum †  
 est, Imperatorem posse animadvertere in Status imperii, si jus  
 & justitiam negligent aut delicta impunita relinquant. N. U. zu  
 Hugsburg de Anno 1530. *in reformat. Polit. sub iii.* Von Gottslåsterung.  
 §. Wårde aber eines Fürsten/ Graffen/ Herren/ Commun/ oder eines an-  
 dern Amptman/ desgleichen die vom Adel/ oder andere/ die Ober- Gericht  
 haben/ vmb Beschenck/ Gaab oder Günst/ diejenigen / so ihm angegeben/  
 oder er befunden heette/ daß Gott von ihnen gelåstert worden/ wie obsteht/  
 nicht straffen/ sondern solches vndertrucken vnd verbergen / sollen dieselbe  
 Ampt/ Edel/ vnd andere Leuth/ durch ihre Obrigkeeten/ als die LandFür-  
 sten/ Graffen/ Herren/ oder Communen/ alsbald sie das erfahren/ ernstlich  
 gestraffe/ damit ihr Mißfallen darinn scheinbartich vermerckt werde. So  
 auch ein Fürst/ Graff/ Herr/ oder Commun / dieselbe ihre Amptleuth oder  
 Vnderthanen auch nicht straffen/ oder die Låsterung selbst thun würden/  
 soll gegen dem oder denselben vnser Keyserlicher Fiscat/ vmb ihr Unge-  
 ho: samb/ als Verhånger vnd selbst Thåter der selben Gottslåsterung/ wie  
 179 sich gebüret/ procediren. Unde apparet, in ipsos etiam Status † de-  
 linquentes in propriis territoriis Imperatorem criminales juris-  
 dictionem habere, *Frider. Mindan. 1. de processib. c. 9. n. 4. Rutgers.  
 Ryland. de Commissar. part. 1. lib. 2. c. 3. n. 6.* Et ut paulisper ad vetu-  
 180 stiora respiciamus, apud Suevos & Francos † olim singularis  
 fuit

fuit pœna constituta in Illustres & Nobiliores Imperii cives. ut canem collo injectum portarent, *cujus rei meminisse Cuiac. II. obs. 22.* Et testantur historiæ, Fridericum I. Imp. † Henricum Palatinum, 181 aliosque 10. Comites Germaniæ, qui eo absente pacem publicam turbâssent, canem humeris portare multis spectantibus per mille passus pro pœna coëgisse, *Conrad Rittershus. in orat. de vit. Frideric. I. quo alludit Günther. Ligurini lib. 5. quando scribit:*

*Quippe vetus mos est ibi, si quis Rege remoto,  
Sanguine, vel flammâ, vel seditionis apertæ  
Turbine, seu crebris Regnum vitare rapinis,  
Impositum scapulis ad contigui Comitatus  
Cogatur per rura canem confinia ferre.*

————— *Cujus dispendia pœnæ  
Ille Palatinæ custos celeberrimus ante  
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus  
Portavit scapulis passus plus mille taurantem.*

Hodiè pœna † banni in violatores pacis publicæ & privatio di- 182 gnitatum & privilegiorum frequentatur.

Ad 7. & 8. illationem † responderetur declarando, quòd Pro- 183 ceres Imperii habeant quidem securitatem & jus conducendi, sed cum recognitione Imperatoris, cui requisiri tenentur de hoc jure reddere rationem. Iade læsâ † securitate Statuum, 184 censetur etiam lædi securitas Imperatoris, *uti ex Apologia Magnifici Philippi Hassiæ Landgraviæ felicis recordationis apparet. quæ viat apud Horsteder. in Reichshandlung. lib. 4. c. 2. n. 43. §. Diweil dann vnser Stait/darfür wir es halten/auch zu dem Keyserlichen Stait/das alle Fürsten vnd Stände des Reichs in solcher gestalt zu handhaben schuldig seind/vertezt/so köndten wir wol leiden/däuchte vns auch ehrlich vnd recht seyn/dieweil in dem fall das Keyserlich Stait verbrochen/vnd ihre Keyserliche Reputation höchlich vertezt ist/das ihre Keyserliche vnd Königliché Majestaten/auch Chur.vnd Fürsten/zu erhaltung Keyserlicher vnt Deutscher Nation/Ehr vnd Reputation inquiriren lieffen/auf was Befehl vnd Geheiß der M. angenommen/vnd wo er hin kommen were/vnd verhörete darinn der Diener/als auch die Rechte in den fall criminis hiez Mag. Hais wol zulassen/die nicht so vil schuld haben mögen/als der oder ein Befehl geben/auff das solche Vntrew vnd Frevel gemeiner Deutschen Nation zu gut/vnd zuvorderst Keyf. Majest. zu Ehren an tag kommen möcht/so lieffen wir vns düncken/man sollte darunder vil Händel/so wider Keyf. Maj. Hocheit vnd Reputation den Landfrieden/der Völder Recht, Ehr vnd Ehrbarkeit geschehen weren/befinden/vnd Keyf. Maj. Ehr vnd Reputation dadurch gemehrt werden.*

Reliquæ illationes restringendæ, & declarandæ ex præmissis suprâ 4. generalibus declarationibus.

## CAP. VII.

AN IMPERATORE IN STATVVM TERRI-  
toris presente, horum jurisdictio quodammodo quiescat?

Et, num cum quolibet Statu in qualibet in-  
stantia concurrere possit?

1 SICUT SOL † minora sidera omnia majori suo lumine offuscat  
& abscondit quasi non essent; ita par esse videtur supremo  
& maximo omnium iudice Imperatore presente, minores &  
inferiores Magistratus quasi fasces submittere, arg. l. iudicium, 58.  
ff. de iudic. l. 5. C. de offic. Re. Etor. Provinc. Conrad. Rutershus. in vis. & de-  
script. Frideric. I. Imp. Bodin. i. de republ. cap. ult. pag. mihi 255. ubi tra-  
dit, quod presente † Rege, Curia Parisiorum nulla sit auctori-  
tas & Imperium.

Hisce ad stipulatur jus Saxonicum lib. 3. artic. 60. ubi ita habe-  
tur: In welche Statt der König kompt/ da sind ihm alle Bericht geöffnet/  
vnd muß der Vnterrichter zu richten einhalten. Zobel. different. jur. Civil.

3 & Saxon. i. part. 1. Unde verisimiliter ortum, † quod Imperatore  
fines alicujus civitatis appropinquante claves portarum ipsi  
offerri soleant, Ziegler. in commun. concl. ad aur. prax. Calvol. §. Land-  
4 sassi. part. 2. sub limitat. n. 3. Ubi enim leo † pedem figit, ibi cætera  
animalia quiescunt, Rein. Corset. de privat. reconvent. c. 7. §. 22. Cæpic.  
5 decis. 27. n. 35. Et tacere debet inferior, † ubi loquitur superior.  
Matth. Steph. de juris d. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 91.

6 Verum licet hoc preicis temporibus ita obtinuerit, † cum in-  
feriores Magistratus omnes precariam & administrationis titu-  
lo annexam jurisdictionem haberent, hodiè tamen alio jure

7 utimur, ita ut licet Imperator † in inferioris territorio præsens  
sit & in ejus districtum veniat, non propterea suspenditur infe-  
8 rioris judicis jurisdictio; quia sua cuiq; servanda † jurisdictio,  
ne fiat confusio, c. per ventu. 11. q. 1. c. Ecce. & ibi gl. in verbo: Quod  
Romæ dicit, minores exercere suam jurisdictionem. Zobel. d. differ. 1. n. 2.

9 Rosenh. de Feud. c. 5. concl. 5. n. 4. Et in Civitatibus † Imperialibus,  
ubi Comitia habentur, & Imperator cum universo Imperio præ-  
sens est, nihilominus civitatis Magistratui, durantibus Comi-  
tiis, in suos cives & subditos animadversio & jurisdictio com-  
petit, quamvis quoad Legatos & Legatorum familiam adven-  
que aliud sit, ut tradit Berram. de Comitiis, conclus. 60. apud Arum.  
discurs. jur. publ. 9.

Alterum quod attinet de concursu jurisdictionis; An videlicet Imperator cum quolibet Imperii Statu in qualibet instantia concurrat? Quamvis id ipsum primâ fronte pariter videatur affirmandum, ex seqq. rationibus. 1. Quòd Imperator † habeat <sup>10</sup> fundatam jurisdictionem in omnes Imperii Romani cives, tam mediatos, quàm immediatos, *Bald. in c. 1. col. 1. de his, qui feud. dar. post. Menoch. consil. 12. n. 3. & consil. 2. n. 5. Don Garf. Masrill. de Magistratib. lib. 1. c. 3. n. 7.* Indeque † non solum immediati, sed etiam me- <sup>11</sup> diati Imperatori subjectionis jure & devotione devincti sunt, *R. N. zu Wormbs de Anno 1564. §. Wiewol auch in der Executions- Ordnung. ibi: Ven der Pflicht/damit ein jeder vns / dem heiligen Reich/ vnd sonst seiner Obrigkeit zugethan vnd verwanth ist/ auch vermeidung vnser vnd des Reichs / vnd seiner Obrigkeit schwären Bngenad vnd Straaff.* Et mediati † non solum sub suorum immediatorum <sup>12</sup> Magistratuum, sed etiâ Imperatoris tutela & protectione sunt, *d. §. Wiewol auch. ibi: Gnaden/Schutz vnd Schirms/so viel ein jeder des von vns/ dem H. Reich oder setner Obrigkeit hat.* Quare fundatâ jurisdictione, nihil impedit, quò minus cum Statibus Imperii concurrat.

2. Licet Imperator jura territorialia & jurisdictiones amplissimas in Status Imperii contulerit, superioritas † tamen & <sup>13</sup> suprema jurisdictio semper censetur ei reservata, *c. audum. §. hoc igitur. de prebend. in 6. & præcedenti capite latè dixi.* Hujus vigore † utique cum inferiore concurrere poterit, nec quisquam ipsius <sup>14</sup> jurisdictionem declinare valebit, *Panormit. c. licet. n. 45. de for. compet. Dec. in c. meminimus. de Appellat.* Et hanc sententiam, quòd Imperator † cum quocunque subdito in jurisdictione concurrere <sup>15</sup> & in territoriis inferiorum jurisdictionem exercere, eorumque subditos ad se evocare possit, tuetur *Alberic. Brun. conf. 44. n. 4. Afflict. in constitution. regn. lib. 1. rubr. 47. n. 2. Parlador. ver. quosid. lib. 2. c. 1. n. 26. Modest. Pist. conf. 28. n. 14.*

Contraria tamen sententia † de jure & more novissimo est <sup>16</sup> verior & receptior. Siquidem constitutionibus Imperii cautum est, subditos Statuum in ordinariis judiciis relinquendos, & non evocandos esse, *Ord. Cam. de Anno 1495. rubr. Die Bnterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. quod sub eadem rubrica in reformat. Wormas. de Anno 1521. repetitur. Ordin. Camer. p. 2. tit. 1. in pr. tit. 5. §. Vnd soll sonst. & tit. 8. §. Wo sich aber zwischen.*

Nam † cum hodiernis moribus Principes, præsertim Imperii, <sup>17</sup> jure hæreditario, perpetuo, & ad hæredes transmissibili sint investiti, jurisdictionem non administrationis titulo, sed jure pa-

trimonii in vim utilis dominii possident, ideoque in ea non minus quam in fructuum perceptione turbari ab Imperatore debent. Jurisdictio siquidem † ex feudi beneficio competens ad fructus Feudales refertur, *confer Paurmeist. de jurisd. Rom. Imp. lib. 1. c. 25. n. 42. Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 1. gl. 1. n. 51.*

19 Quamobrem si Dominus Feudi aliquem de jurisdictione † alicujus loci investiat, non potest se cognoscendo intromittere in primis causis, h. e. in prima instantia subditorum Vasalli, *per ea, quæ multorum auctoritate tradit Henric. Rosenth. de Feud. cap. 5. concl. 5. n. 4. & gl. c.*

20 Deinde, quoties privativè † conceditur jurisdictio & regalia, superior non concurrit in prima instantia cū Vasallo, *lason conf. 70. n. 1. vol. 3. Menoch. 12. presumpt. 18. n. 36. & seq. Joh. Gædd. in respons.*

21 *jur. de restit. Baron. Vallend.* Atqui privativè jurisdictio † & regalia concessa censentur, si per investituram, quæ est species quædam contractus, transferatur, *lason. d. confil. 70. col. 4. Curt. sen. confil. 73. n. 28. Cravett. confil. 41. n. 36. Ludolph. Schrad. de Feud. part. 10. sect. 1. n. 131. Nec quicquam præter jus superioritatis cæsetur reservatum, Schurff. 1. confil. 26. n. 2. & seq. Wesenb. confil. 95. n. 27. Nam ex inve-*

22 *stitura † utilis dominiij jus transfertur in Vasallum, ideoque necesse est privativè transferri, quia ejusdem rei dominium apud plures in solidum esse non potest, per vulgata Menoch. d. presumpt. 18. n. 16. Et longè potentius est dominium jurisdictionis utile in exercitio, quam directum, Andr. Knich. de vestitur. pact. part. 2. c. 1.*

23 *n. 31. & seq. Surd. conf. 210. n. 1. vol. 2. Aliud verò est † in his, qui jurisdictionem temporalem administrationis titulo habent, per ea, quæ tradit Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 3. c. 2. n. 37.*

24 Alii etiam Status † & Proceres licèt non per modum Feudi jurisdictionem possideant, tamen vigore territorij & ex temporis immemorialis usu privativè jurisdictionem ad imitationem Feudatariorum hodiè usurpant, quod notius est, quam ut ulteriori probatione indigeat.

Ad 1. prioris opinionis argumentum respondetur, quòd verum quidem sit, Imperatorem † habere fundatam jurisdictionem in omnes tam mediatos quam immediatos Imperij cives, quando causa vel per viam simplicis querelæ, vel appellationis ad Cæsaream cognitionem, vel Cameram, quæ Majestatis suæ est Consistorium, juxta publicas Imperij constitutiones pertinet.

26 Regulariter † enim in prima instantia coram immediato suo Magistratu quilibet conveniendus, *per constitutiones Imperij supra allegatas.* Et ita etiam mediati superiori, mediante subje-

ctione

atione devincti sunt, & non nisi certis casibus immediatè parent. Neq; enim universalis illa & per universum Imperium diffusa jurisdictio eò se extendit, ut Proceribus Imperii in jure immediatæ jurisdictionis quæsito quid derogare valeat, *Andr. Rauchbar. p. 2. q. 11. n. 1.*

Ad 2. respondetur, superioritatis ꝑ essentialiam non consistere in eo, ut cum quolibet inferiore concurrat superior; sed ut ab omnibus tanquam superior recognoscatur, & ad eum tanquam ultimum centrum per viam Appellationis simplicis querelæ vel Nullitatis recurratur. Cùm enim idè inferioribus ꝑ summus Princeps jurisdictionem concesserit, ut causarum multitudine in prima instantia levaretur, utique noluit cum quolibet concurrere, sed suam cuiq; partem relinquere jurisdictionem. Credidit ꝑ namq; summus Princeps, eos, qui ob singularem generis & ingenii dignitatem, exploratâ eorum fide & gravitate ad tantæ dignitatis fastigium everti sunt, non aliter judicatos esse pro sapientiæ ac dignitatis suæ luce, quàm ipse foret judicatorus, *Lun. circ. fin. ff. de offic. Præf. Præf.*

Neque exinde superioritas ꝑ summi Principis minuitur, cùm vel per viam Appellationis aut Nullitatis, vel simplicis querelæ propter denegatam protractam vel neglectam justitiã, ad ipsum tanquam supremum justitiæ Asylum deveniatur.

Et licet Saxonix ꝑ Electores & Duces, ac Electores Brandenburgenses hoc privilegium habeant, ut ab eorum sententiis ad Imperatorem & Cameram non appelletur, interim per querelam nullitatis, & aliis casibus, in quibus in prima instantia vel per simplicem querelam fundatur jurisdictio Imperatoris, vel summi ejus Consistorii, eò deveniri solet, ut modò dicitur. *Confer Thom. Mich. de jurisd. concl. 2. 6. lit. E. in notat.*

Sunt tamen casus, ꝑ quibus etiam immediatè in prima instantia Imperatoris jurisdictio in inferiorum Principum & Statuum territorio fundatur.

1. Est casus denegatæ justitiæ, *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 11.* Ad supremæ namque ꝑ Majestatis officium pertinet, ut cuivis justitiæ æqualiter administretur, *das keiner vber Recht beschwäret oder Rechtstosf gelassen werde. N. U. zu Augspurg de Anno 1530. §. Item wie wir hies bevor. & §. preced.* Ideoq; tali ꝑ casu causam avocare potest, quæ avocatio est loco appellationis, ut *post Specul. tradit Zobel. different. 1. part. 1. n. 4.*

2. Fundatur ꝑ summi Principis jurisdictio in Statuum territorio ratione connexitatis causæ, ita ut si principale negotium

ad Imperatoris immediatam cognitionem pertineat, de con-  
nexis etiam se intromittere potest, *Petr. Friaer. Mindan. de conti-  
nent. caus. c. 3. n. ult. Ioh. Gædd. ad c. 1. n. 31. X. de sequestrat. possess. fac.  
cap. ex tenore. & c. fin. X. de rescript.*

- 36 Hinc etiam est, quòd Commissarius † summi Principis non  
solùm testes immediatè, sed etiam mediatè Imperio subjectos  
examinare potest, *per ea, quæ tradit Rutger. Ruland. de Commiss. &  
Commission. part. 1. lib. 5. c. 4. n. 19. fac. text. in l. sed etsi. 26. §. ult. verbis:  
Testimonii causâ evocatus ad Principem. ff. ex quib. caus. major. add. Co-  
37 lerum de Processib. execut. part. 3. c. 7. n. 36. Idem de Cameræ † Com-  
missariis tradit Geil. 1. obs. 98. n. 2. quamvis à nonnullis Statibus  
quandoque contradictum esse *ibidem* asserat; contra quos ta-  
men mandata sine clausula impetrata præjudiciis confirmat  
Ruland. *d. lib. 5. c. 3. n. 25.* ubi rationes hujus sententiæ vide. Huc  
pertinent omnes illi casus ferè, in quibus Cameræ jurisdicção  
etiam in prima instantia fundatur, de quibus videndus Andr.  
Geil. 1. obs. 1. per tot.*

## CAP. IIX.

DE STATVVM IMPERII IVRE IN  
conventibus seu Comitibus circa administra-  
tionem universi.

- 1 PRINCIPUM, Procerum † & Statuum Imperii jus & potestas  
non solùm se extendit ad personas & res ditionum suarum,  
quibus vigore territorialis superioritatis præsent; sed vel maxi-  
mè in totius Imperii Romani administratione, in jure consul-  
tandi & statuendi, unà cum Imperatore in publicis Imperii con-  
ventibus consistit, *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 1.* Post-  
2 quàm namque summus Princeps † in partem sollicitudinis Im-  
perii Status assumpsit, benè cognovit, quod cum eorum con-  
silio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem Imperii Romani, &  
ad suæ Majestatis gloriam redundare, *ut loquuntur Imp. in l. hu-  
manum. C. de legib.*  
3 Comitibus † à coëundo dicta, quòd populus in his coire vel in  
4 unum locum convenire solebat. Horum usus † fuit antiquissi-  
mus in politia Hebræorum, Græcorum, Romanorum & o-  
mnium ferè Gentium, *ut multis ostendit Althus. politic. cap. 33. n. 30.*  
5 & seqq. adeoque nullum unquam extitisse † regnum vel Impe-  
rium, in quo ad consilia Reipubl. causâ incunda publicorum  
con-

congressuum usus non fuerit necessarius, *Berwam. de Comit. concl. 7.*  
 Rationes hujus juris investigat & reddit pulchras *Althuf. d. loc.*

De Comitibus Imperii † Romani & tam Imperatoris quam 6  
 Ordinum jure in illis novissimè & diligentissimè scripserunt  
 Tob. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. c. 3. per 101.* Matth. Wehner. *in  
 pract. obs. verb. Reichstag. Althuf. d. cap. 33. ferè per 101.* Bertram. *in  
 dispus. de Comitibus diligenter conscripta. per 101.* Ego, ne vel aliorum  
 labore † meos faciam, vel in hac materia, quæ magis ex usu, 7  
 eoque non ita frequenti & omnibus obvius, quam ex arte tra-  
 ctanda & tradenda, non me multum diffundam, sed quædam  
 ad continuationem instituti ex ipsis Imperii recessibus & alio-  
 rum scriptis proponam.

Comitia † ex stylo & usu Imperii Romani sunt Imperatoris 8  
 & Ordinum Imperii conventus, publicæ utilitatis causâ insti-  
 tuti, *definitore Paurmeisl. d. c. 2. n. 3.* Quam tamen definitionem † 9  
 seu descriptionem nimis angustâ dicit Bertram. *de Comit. concl. 8.*  
 Sunt namque conventus † Electorum, quibus Imperator non 10  
 interest. Item circulatorum conventus, quibus neque Imperator  
 regulariter, neque omnes Imperii Ordines interfunt. Itaque  
 ille describit † Comitia, quod sint conventus totius corporis 11  
 Imperii, aut partis ad aliquid sciendum decernen dùmve Rei-  
 publ. causâ.

In Politia Romana † populari Calata Comitia dicebantur, 12  
 ubi calabatur, i. e. convocabatur totus populus per cornicinem,  
*§. 1. Inst. de testam. & ibi not. Ioh. Borch. Vigl. & communiter Dd. Connan.  
 9. comment.*

Horum Comitiorum † tria genera, pro triplici Quiritium dis- 13  
 tinctione, erant, Curiata, Centuriata & Tributa, quæ à suis  
 collegiis, in quæ populus divisus erat, vocabantur.

Curiata dicta fuerunt, † in quibus populus curiatim, h. e. per 14  
 curias divisus suffragia ferebat, ita ut quod plures curiæ sta-  
 tuissent, id jussum populi diceretur.

Jus † convocandi & habendi Curiata Comitia in statu Mo- 15  
 narchico Reges; in Aristocratico postea Patricii, Consules, Præ-  
 tores, Interreges & Dictatores habuerunt; jus verò suffragii cives  
 Romani.

Centuriata † Comitia erant, in quibus per centurias populus 16  
 divisus suffragia ferebat, ita ut suffragia centuriatim colligeren-  
 tur, & quod plures centuriæ jussissent, id ratum haberetur.

Hæc Comitia † Centuriata, magna Comitia Ciceroni dicun- 17  
 tur, *lib. de legib. & notat Budæ. ad l. posteriore. de orig. jur. pag. mihi 90.*

- 18 In hisce † Comitibus leges ferebantur, privilegia irrogabantur,  
 19 proscriptiones decernebantur, exules revocabantur, Consules  
 creabantur. Hinc Cicero † gloriatur in *Oratione, quam de reditu  
 suo inscripsit*, se lege Centuriatâ ab exilio revocatū esse, inquit;  
 Quo die nos Comitibus centuriatis accessit in patriam, ut eadē  
 20 centuriæ, quæ me Consulem fecerant, consulatum meū com-  
 probarent. Et de capite † civis Romani non modo ferri senten-  
 21 *Budæ. alleg. supra loco.* Indicebantur † hæc Comitibus à Magistrati-  
 bus majoribus, Consulibus videlicet, Prætoribus, Centoribus,  
 Dictatoribus, Decemviris & Tribunis militaribus consulari po-  
 testate.
- 22 Suffragia † in his ferebant cives in centurias descripti, etiam  
 extra urbem habitantes in provinciis.
- 23 Locus horum † Comitiorum fuit campus Martius.
- 24 Tributa † Comitibus erant, in quibus per tribus divisus popu-  
 lus suffragia ferebat, *quâ de re laurus discurreit Althus. d. cap. 33. n. 41.  
 & seqq.*
- 25 In populari † statu penes populum omne jus Comitiorum  
 residebat, donec Julius Cæsar primus cum populo hoc jus divi-  
 deret; quod cum per bella civilia & impotentem Triumvira-  
 tum abiisset in desuetudinem, reduxit Augustus. *Sueton. c. 40. &  
 41. Dion lib. 53.* Tiberius verò jus omne hoc sibi & senatui sum-  
 pfit, excluso populo. *Tacit. 1. annal.*
- 26 In Imperio † nostro Romano Germanico duplicia ex usu ha-  
 bebimus Comitibus, universalialia & particularia.
- 27 Universalialia † sunt Cæsaris & omnium Ordinum conventus,  
 vulgo Reichstag/gemeine Reichsversamblungen.
- 28 Particularia † verò sunt, quando pars quædam Statuum con-  
 29 venire solet. Inter hæc referuntur conventus † Electorum, qui  
 in genere dicuntur Churfürsten Tage/der Churfürsten Versamblungen.
- 30 In specie † verò ratione subiecti occupantis, quando vacante  
 Imperii Romani sede ad electionem conveniunt, dicuntur  
 Wahlstage.
- 31 Hisce † etiam adscribendi conventus circulatorum Kreystage/  
 qui ordinariè singulis annis semel, & necessitate flagitate sæpius  
 conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione  
 Adressorum, executionibus contra contumaces faciendis deli-  
 berant, *Rutg. Ruland. de Commiss. lib. 5. c. 4. part. 2. n. 54. adde Denais. in  
 jur. Camer. tit. 212. verb. Pacis publicæ conservatio. & dixi supra class. 4.  
 6. 2. circa fin.*

Particularibus † Comitibus similiter adscribuntur conventus, 32  
 quando ex universo quidem Statuum ordine & collegio quidam  
 seliguntur, qualis fuit olim conventus Regimenti des Reichs  
 Regiment: hodiè etiam † Deputatorum, vulgò Deputations Tag/ 33  
 qui primò institutus in Comitibus Augustanis de Anno 1555. R. U.  
 de Anno 1555. §. So sich dann abermats. quos Archiepiscopus &  
 Elector Moguntinus tanquam Archicancellarius Imperii, nomine  
 & auctoritate Cæsareâ ex certis personis cogit, d. §. So  
 sich dann abermats. *ibi*: Segen/ ordnen vnd wöllen/ daß seine Liebde (intellige  
 Archiepiscopum Mogütinum) als ErzCantzler des Reichs/  
 in namen vnd von wegen der Keyserlichen Majestät / oder wo dieselbe  
 aufferhalb dem Reich were / vnser wegen / vnd an vnser (intellige  
 Regem Romanorum, tunc temporis Ferdinandum) statt/ die andere  
 Churfürsten/ auch von der Fürsten sechs/ nemlich vns als Erzherzogen zu  
 Oesterreich/ Melchiorn Bischoffen zu Würzburg / Wihelmen Bischoff  
 zu Münster/ Herzog Albrechten in Beyern/ ic. vnd dann Gerwicken Abt  
 zu Weingarten vnd Ochsenhausen/ von der Prelaten: Fridrichen Grafen  
 zu Fürstenberg/ ic. von der Graffen vnd Herren: (ubi vides, quoad  
 jus Comitiorum etiam particularium conjungi Barones cum  
 Comitibus, quod facit ad quæstionem supra *claf.* 4. c. 15. n. 36. &  
 seqq.) Eöln vnd Nürnberg/ von der Städte wegen/ auff einen bestimpten  
 Tag gehn Franckfurt am Mayn zusammen beschreibē/ ic. Et licet hujus  
 conventus jus ad certas personas in d. constitutione restrictum  
 sit, postea † tamen ita declaratum, ut ad hæredes transiret, ad. 34  
 ditis in Principum ordine prioribus Duce Juliacensi & Hassiæ  
 Landgravio, R. U. zu Augspurg de Anno 1559. §. Auff daß dann disfalls  
 vnser vnd des H. Reichs Ordnung vnmangelhafft sey / vnd die gebür er-  
 folgen möge / haben wir vns auff ihr der Churfürsten/ Fürsten/ Stände/  
 Räte vnd Gesandten gut bedüncken mit ihnen/ vnd sie sich hinwider mit  
 vns vergliechen / daß jetz angeregte Disposition in ermeldtem des fünff-  
 vnd fünfzigsten Jahrs ergangenen Abschied verleihe/ so hievor auff die  
 namhafft gemachte Fürsten vnd Stände gestandē/ auff der selbigen Nach-  
 kommen vnd Erben zu stellen / also vnd der gestalt/ daß auff solchem fall/  
 wo fern sich der selbe vber versehen zutrüge / ermeldter vnser Neve vnd  
 Churfürst/ der Erzbischoff zu Meynz / zu mehrer gewisheit/ die anderen  
 seiner Liebdt Mit-Churfürsten/ vnd neben dem selbigen einem Herzogen zu  
 Oesterreich/ den Bischoffen zu Würzburg / den Bischoff zu Münster/ den  
 Herzogen in Ober- vnd Nider Beyern / den Herzogen zu Gütlich / den  
 Landgraffen zu Hessen/ als von Fürsten/ einem Abt zu Weingarten/ von  
 der Prelaten/ den Graffen zu Fürstenberg / von der Graffen/ vnd von der  
 Frey- vnd Reichs Stätt wegen/ die Statt Eöln vnd Nürnberg/ beschrie-  
 ben

ben/dieselbe auch zu erscheinen schuldig seyn sollen / zu berathschlagen/ zu handeln vnd zu schließen / alles auff maas der gemeldt vnser jüngst allhie auffgerichter Abschied aufweist vnd mitbringet.

- 35 *Causa hujus conventus † ordinaria in dd. constitutionibus exprimitur, si videlicet graves aded motus orientur in Imperio, quibus compescendis vires unius, trium vel quinque circulo- rum non sufficiunt, & Capitanei eorum universorum circulo- rum auxilio opus esse censent. qui Moguntino negotium expo- nunt, & is nomine Cæsareo conventum istum convocat.*
- 36 *Similis est † conventus Visitatorum Camerae Visitatione Tag/ quâ de re vid. Denzil. in iur. Camer. verb. Visitatio. §. 322.*
- 37 *Universalia † Comitia in dicit Imperator, sed non nisi de con- sensu Electorum, secundum leges Cæsari in Electione dictas, R. U. de Anno 1507. §. Haben wir ein gemeine Reichs versambtung nach vorgehabtem Rath vnd gutachten vnser vnd des H. Reichs Churfürsten. R. U. de Anno 1576. §. Als haben mit Rath vnd Betreibung vnser vnd des H. Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen / eine gemeine Reichsvers- sambtung außzuschreiben. cum similibus. Idq; facit aliquando motu proprio, urgente tamen utilitate publicâ; aliquando verò ad devotam Statuum supplicationem & instantiam, R. U. zu Regens- spurg de Anno 1541. §. Darzu haben wir auff Churfürsten vnd Fürsten/ vnd der Abwesenden Botschafften vnterthänigst Bitt an vns in schriff- ten gelangt / auch mit zeitigem Rath vnser vnd des H. Reichs Ständen einen gemeinen Reichstag anhero außgeschrieben.*
- 38 *Principes † verò & Status Imperii vocati ad Comitia com- parent humiliter, erscheinen gehorsamtlich / & non nisi cum venia ante exitum eorum sine indignatione Imperatoria discedunt. R. U. zu Regenspurg de Anno 1546. §. Dieweil wir aber. ibi: So gleich wol allhie gehorsamtlich erscheinen / auß ihren Ehechafften vnd Ursachen/ mit vnserm Vorwissen vnd gnädiger Bewilligung/ vnd darneben auch der*
- 39 *Protestirenden/ıc. Comparent † autem vel per se, vel per Legatos. R. U. zu Speyer de Anno 1542. §. Ruff welchen Reichstag/Churfürsten/ Fürsten/ vnd andere Stände in zimlicher Anzahl eigener Person/vnd et- liche durch ihre Botschafften / durch ihren völligen/ mit volmächtigem*
- 40 *Gewalt/gehorsamtlich antommen vnd erscheinen. Præstat † tamen per- sonalis Statuum præsentia, præsertim si res valde ardue tractan- dæ. R. U. zu Wormbs de Anno 1545. §. Vnd seind auff solchen Reichs- tag. in fin. ibi: Die Sachen theils also beschaffen vnd gestattet / das sie ihre Persönliche Egenwertigkeit mehrer Reichs Stände/ nicht wol erle- diget oder verglicchen mögen werden. add. R. U. de Anno 1546. §. Wir haben vns auch mit vnsern. circ. fin. Inde; per Legatos comparen-*

tes † in literis allegare & exponere debent causas idoneas, quare 43  
personaliter Comitibus interesse non poterunt. N. U. zu Trier vnd  
Edln de Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten, *ibi*: Persönlich/  
oder durch ihre vortmächige treffentliche Botschafft / wo sie in eigener  
Person zu erscheinen redliche Hinderung hetten / die sie bey ihrem Glau-  
ben / mit ihren Brieffen vnd Siegeln behewren sollen / 1c.

Status † Imperii collocantur in tres classes & senatus Reichs. 43  
Rähte / quarum prima Electorum ; secunda Principum ; tertia  
Civitatum Imperialium. Principibus † annumerantur etiam 43  
Comites & Barones in jure consultandi & suffragandi in Co-  
mitibus, non tamen omnes, sed hi saltē, qui sunt Status Impe-  
rii, votumque & sessionem in Comitibus habent, die Stimm vnd  
Stand in Reichsversamblungen haben. N. U. de Anno 1548. §. Wann  
auch ein Aufgezogener. *unct. §.* Wiewol in der Ringerungshandlung.  
Nam illi Comites, † qui non sunt Status & immediati, jure Co- 44  
mitiorum non gaudent. In Comitibus autem & Baronibus,  
qui sunt Status Imperii, hoc jus est, ut quidem omnes ad con-  
ventus vocentur, sed duorum saltē suffragiorum jus habent,  
& in duas tribus distinguuntur, Suevicam & Wetteravicam,  
*Pawrmest. d. c. 2. n. 25.* De jure autem Comitiorum & formā quæ-  
dam subijciam ex Matth. Wehner. qui hac de re ita scribit:

Jus autem Comitiorum † ac suffragiorum inter Cæsarem & 45  
Status ita est divisum, ut Imperator jus habendorum Comitio-  
rum ac Ordines convocandi habeat, sed non nisi auctoritate &  
consensu Electorum, juxta leges Cæsari in Electione dictas.  
Ideoq; antequam diem futurorū Comitiorum edicat, Electores  
singulos per literas consulere solet, *ut patet ex N. U. zu Augspurg*  
*Anno 1582. §.* Haben auff gutachten vnd Raht / vnser vnd des H. Reichs  
Churfürsten / eine gemeine Reichsversamblung aufschreiben lassen. idque  
Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitibus vocantur Status, vulgō  
oder aufschreiben zum Reichstag / inseri solet ita : Wann dann sampt  
vns vnd des H. Reichs Churfürsten / nach reicher statlicher Erwegung / vns  
vermeidlich / vnd vumbgenglich zu seyn befunden / einen allgemeinen  
Reichstag anzustellen / darzu vns wotermestde Churfürsten / einhellig ihren  
Consens / dem herkommen gemäß / vnter ihrer Liebden Handschrift vnd  
Siegeln gegeben / die Bestimmung des Tags heimgesetzt / vnd als viel die  
Mahlstatt betrifft / ihnen vnser vnd des H. Reichs Statt Augspurg / vmb  
erheblichen Ursachen willen / gefallen lassen / 1c. In reliquis † summa 46  
Imperii potestas (*ex mente Wehneri*) in duos semisses tribuitur,  
quorum unum Cæsar, reliquum Ordines universi habent, sicut  
olim quoque inter Cæsarem & populum jus Comitiorum divi-  
sum

- sum Suetonius scribit, sed pro partibus divisus. Inter Imperatorem verò & Ordines jus omne Imperii, exceptâ juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate, pro partibus ind-
- 47 visis distributum est. Ordinum semissis † in tres sextantes tribuitur, quorum unum Electorum, alterum Principum, (quo nomine omnes Principes Politici & Ecclesiastici, Prælati, Comites & Barones hîc veniunt) tertium Liberarum Imperii Civitatum Senatus obtinet. Et quanquam hæc pars dimidia ita sit subdivisa inter Senatus, jure tamen suffragiorum ferendorum dispari utuntur. Electores enim & Civitates in suis quæque
- 48 classibus viritim suffragia incunt. In Principum † autem senatu alia Principum propriè sic dictorum, alia Prælatorum, Comitum & Baronum ferendi suffragii ratio est. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus habent. Quibus ex veteri Prælatorum ordine hodiè accedunt Magistri Ordinum Equitum Teutonicorum (*Teutsche Meister*) sive Marianorum ac Divo Johanni sacrorum, Abbas Fuldenfis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbejenfis, Prumensis, Stabulensis, Præpositi Elbangeris & Berchtelsgadensis; Principum Politicorum familiæ quædam unum, quædam respectu diversarum linearû duo, tria vel quatuor vota habent, ut ex subscriptionibus recessuum Imperii patet. Sed quia Prælati, Comites & Barones, Principes
- 49 numero longè superant, ideoque sententiarum multitudine, univèrsa ad se trahere possint. Igitur † jam olim gradus suffragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes, ut diximus, viritim; Prælati verò & Comites curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum, à locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam, dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Ut ita computato votorum numero, Cæsaris ad Ordines universos, ut jam monuimus, hemipla; ad singulas Ordinum classes tripla; ad Electores singulos 21., ad Principes tam Ecclesiasticos quàm Politicos 180., ad Prælatos, Comites & Barones, qui, ut præmisimus, non viritim, sed curiatim sententias dicunt, exigua; ad Civitates verò sigillatim 210. sit ratio. Electorum porro ad singulos Principes ferè tripla; ad Prælatos & Comites non adeò magna; ad Civitates, plus paulò quàm tripla est proportio.
- 50 Forma † Comitiorum in eo consistit, quòd primùm Imperator habito Electorum consilio & adventu, litteris ad singulos
- Ordi-

Ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitum futurus sit. Hodie enim pro rebus ac causis incidentibus est in Cæsaris ac Ordinum arbitrio, quis locus & tempus sit comitiale, quamquam olim singulis annis festum Purificationis Mariæ erat constitutum, ut Francofurti ad Moenum Comitia celebrarentur, & per unum mensem continuarentur. R. N. zu Worms *de anno* 1495. *part. 1. & tit. 1.* Daß ein Reichstag soll ein Monat währen. Literis illis Cæsareis redditis, Principes & Status vel in persona, vel per Legatos suos se sistunt, quibus aut specialia mandata, aut universalem potestatem concedunt curandi ea, quæ in communitate salutem Reipub. pertinere videbuntur. Si que hi Legati ad Comitia venerunt, nomina sua apud Electorem Moguntinum Imperii Archicancellarium profitentur, editis mandatis ac literis fidei, quas vulgò Credentias vocant *Credenzschreiben*. Postquam convenit de consilio Electorum, Cæsar curiam, in qua sæperumque habentur Comitia, solemniter ascendit, præcedentibus longo agmine Principibus Politicis, eorumque Legatis, ex quibus Elector Saxonie Imperii Archimarchallus strictum gladium proximè ei præfert, Electoribus atque reliquis Principibus Ecclesiasticis sequentibus: ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in folio editiore tapetis & aliis rebus more regio magnificentissimè exornato collocatur: sedentem Senatus Electorum paulò inferiore hoc ordine circumfident. Ad dextram Archiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Colonienfis; Trevirensis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistram Rex Bohemie primus, secundum Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxonie, quartum Marchio Brandenburgicus, Electores Politici occupant. Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia uno gradu Electorum, duobus verò Cæsaris sede inferiora, in eodem tabulato stragula quoque veste pretiosissimâ decorata conspiciuntur: in quorum dextro reliqui Archiepiscopi, item Domus Austrie & Burgundie Legati, in sinistro reliqui Principes Politici eorumque Legati confident; Principibus junioribus, Consiliariis & Officialibus Cæsareis ex adverso Cæsari adstantibus. Facto confesso ac turbâ sedatâ, ex Principibus quidam, cui hoc demandatum est, è sede sua assurgens, Cæsaris nomine brevibus gratias agit, quòd edicto audientes Electores, Principes & Ordines tanto numero comparuerint. Quem ipse Imperator subsequi solet gravi & succinctâ oratione, quâ repetitâ gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione co-

gnoscere, ac quæ ad Reipub. salutem sint necessaria, in medium consulere velint, eosdem hortatur.

- 52 Postea † per Secretarium Cæsareum propositio de scripto publico legitur. Quâ finitâ, Electores, Principes, Ordines & Legati consurgunt, & paululùm collocuti, per Electorem Moguntinum in hanc sententiam respondent: Cognovisse se, ex recitata propositione, ob quas gravissimas causas Imperatori conventum edicere visum fuerit. Quòd igitur à tanto tempore suscepti Magistratus tantâ fide ac diligentia publici Imperii negotia sibi commendata habeat, agere se ipsi gratias, quas possint animo concipere maximas, ac in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem Imperii pertinere videbuntur, studia sua & officia uti debita, ita promptissimè deserunt. Utque de rebus propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, exempla seu copias recitatæ propositionis sibi edi, eâ quæ decet reverentiâ, submissè petunt, sequæ ac sua omnia Cæsari officiosissimè commendant. Ad quæ pro delata opera & studiis suis iterum gratias agit ipse Cæsar, ac ut de singulis propositionis capitibus primo quoque die sententias suas proferant, denuò monet, ac Principibus & Ordinibus universis ac singulis gratiam & benevolentiam suam clementissimè pollicetur.

- 53 Atque his † ita peractis, à solio suo surgens Imperator, eâ dem quâ ingressus est pompâ ad Palatium suum reducit, & Principes, Ordines ac Legati quisque in sua diversoria discedunt. Postero vel aliis sequentibus diebus Principibus ac Ordinibus in locum conventui generali designatum ab Electore Moguntino convocatis, capita deliberationis eo ordine, quo proposita fuerunt, expedienda suscipiuntur, ita ut Ordines in suas quoque Curias vel Senatus, ut vocant, secedant, ubi secundùm ordinem ac prærogationem singulorum suffragia ineunt, atque re expeditâ in Electorum consilio im Ehrsürsen Rahe/ atque exploratâ, quòd in aliis classibus super articulo præposito sint distæ sententiæ, rursus in Curiam communem convocatæ classes tres omnes id, quòd ipsis in commune visum est, exponunt. Non enim personarum vel ordinum, sed classium sive curiarum vincit numerus. Ideoque classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti est relatio. Si verò ita, ut diximus, in suffragiis ineundis legitimus classium numerus expletus, còmunè Ordinum consultum per selectos quosdam Imperator exponitur, cui si idem quoque placet, confecta res est; sin minus, tandiù replicando, duplicando, triplicando, quadrupli-

eando, &c. inter se adductis, hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis à Cæsare & Ordinibus disceptatur, donec vel hi in illorum, vel illi in horum sententiam sponte concedant, ac quod ita in commune placuerit, decreti Comitialis ac legis habet vigorem.

Causæ † & negotia, quæ in Comitibus tractantur, res arduæ, 54  
*R. U. zu Eßlingen de Anno 1526. §. Vnd als fürnemlich. in fin. ibi: Das die größe der Sache einen gemeinen Reichstag vnd Versambtung aller ReichsStände erfordert. & plerumque illa, quæ totum Imperii corpus tangunt, ideoque de particularibus rebus non censetur actum, nisi id nominatim exprimat, Ernest. Cosm. 1. cons. 16. n. 21. fac. text. in d. Recept. de Anno 26. §. Vnd in Betrachtung. ibi: Sondern die ganze Deutsche Nation. Tales † sunt, quæ circa universalem politi- 55  
 cam potestatem versantur, ut legum latio, bellorum indictio, fœdera, contributiones, causæ exemptionum, & præsertim quo modo pax publica tam in civilibus quàm Ecclesiasticis & Religionis negotiis firmetur & conservetur, Prophe- und Religion-  
 fried/ quo modo Cameræ judicium ordinetur, das Camergerichts Wesen/ de monetis, Münz- sachen/ de matriculæ redintegratione, Ergänzung des Reichs Matricul. Et in summa, quicquid est, quod ad gloriam Dei, conservationem justitiæ, honestatis & publici status ædificationem conferre possit, *R. U. zu Augspurg de Anno 1530. §. Nachdem wir. 1. ibi: Alles das fürzunehmen/ zu rahtschlagen/ zu handeln / vnd zu schtessen/ das zuvorderst Gott dem Allmÿchtigen zu Ehr vnd Lob/ gemeiner Christenheit vnd Teutscher Nation zu Wolfahrt/ Fried vnd Einigkeit / auch dem H. Römischen Reich zu nutz/ zuneimen vnd gedeyen gereichen möchte. add. R. U. zu Regenspurg de Anno 1541. §. Vnd damit dann gemeine. circ. fin. & de Anno 1551. §. 1. circ. fin. & passim. Obiter † etiam hinc nota, quod Comitiorum jus, vulgò Reichstage/ 56  
 propriè Imperio conveniat, aliis verò regnis ad similitudinem & imitationem Imperii. Hinc Ferdinandus Romanorum Rex conventus, quos tanquam Rex in Hispania habuit, Carolus nō Reichstage/ sed Landtage appellavit. *R. U. zu Nürnberg de Anno 1542. §. Vnd das auch darneben. 1. ibi: In allen ihren Hispanischen Könige reichen vnd Landen/ Landtage außschreiben lassen.***

Non omittendam † esse putavi illius questionis discussionem 57  
 de votorum jure, An & quatenus major pars in Comitibus minori præjudicet? In omnibus ferè curiis, collegiis & judiciis, hæc frequentatur Maxima: Quod major pars Curie efficit, pro eo habendum, ac si omnes egerint, *text. in l. quod major. & ibi Bart. ff. ad Municip. Et referri dicitur ad universos, quod publicè fit per*

majorem partem, text. in *l. aliud est. l. 60. §. refertur. de reg. jur. fac. l. duo ex tribus. 39. ff. de re judic. fac. l. nominationum. 45. C. de decurion.* Bodin. *de repub. lib. 2. c. 6. & lib. 6. c. 4.* asserit, in omni cœtu & universitate suffragia non ad pondus exigi, sed ad numerum. Et hanc dicit communem opinionem Baptist. à Villalob. *lit. M. n. 2.* Zas. *in paratit. ff. quod cuiusque universis. nom. Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 7. de fin. 2.* Unde lex illa Romanorum, de qua Cœlius apud Ciceronem *lib. 8. epist. 8.* Quod horum iudicium major pars iudicavit, id ratum esto: quam legem etiam in florentissima Venetorum Repub. jugiter vigere testatur Bodin. *de repub. lib. 2. c. 7.* Et quod etiam in Imperii Romano-Germanici conventibus tam universalibus quam particularibus vota non ponderentur, sed numerentur, indubitatum est, *R. U. zu Trier vnd Cöln de Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten. ibi: Vnd was dieselbe/ so erschienen sind/ oder der mehrer theil auß ihnen obberührt er massen endtlich berahtschlagen vnd beschliessen werden/ dem soll von allen Ständen gefolgt/ nachkommen vnd vollstreckt werden/ ohne alle widerrede/ vnd weigerung. R. U. zu Eslingen de Anno 1526. in pr. ibi: Vnd deme/ so durch den mehrer theil beschlossen wirdt/ folge thun. R. U. de Anno 1576. §. Da dann die Sachen. ibi: Vnd bey mehrern gelassen werden.*

- 58 Hujus † rei, præter auctoritatem juris constituti, rationes non desunt. Cum enim omnes homines ad dissentendum naturaliter proni & faciles, *lit. em si unus. §. 6. ff. de recept. arbit. nul. la unquam speranda esset consors decisio in ejusmodi collegialibus conventibus, nisi parte majore minor vincatur. l. 7. §. fin. ff. de part. l. 17. §. ult. l. 18. ff. de arbit. l. 3 ff. de decret. ab ord. faciend. Hinc Poëta:*

*Mille hominum species, & rerum discolor usus,  
Velle suum cuique est, nec vobis vivitur uno.*

Nam

*Cuique suum caput est, ut pilleus, improbat Hermes,  
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.*

- 59 ceu Taubmannus noster canit. Præterea † ad auctoritatem Senatus, ubi parilem in suffragando potestatem Senatores obtinent, pertinet, ut quæ numero vincit sententia, eadem quoque rationis pondere superior esse existimetur, *Ant. Fab. in Cod. rerum in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 7. de fin. 2. n. 2.* Et si in hisce ad saniora vota respiciendum esset, nemo non existeret, qui sanio rem suam opinionem existimaret, indeque quod longè periculosissimum & indignissimum foret, inter ipsos Procere & suffragantes con-

certatio oriretur, cuiusnam sanius habendum sit votum, nemine cedere volente alteri; juxta Martialem:

*Qui volet ingenio cedere, rarus erit.*

Et ita † de votorum pondere disputando, & in varias partes eundo, negligeretur publica utilitas & causæ ad deliberandum propositæ manerent indecisæ. Denique, † pro majori parte militat hæc juris ratio & præsumptio, quòd plus videant oculi quàm oculus; & quòd à multis perfectiùs haberi possit veritas, quàm à paucis, *arg. l. ult. C. de fideicom. cap. prudentiam. de offic. deleg.*

Sic & olim in summo Imperii Senatu, qui ex Commissario Cæsareo, Electoribus, Principibus & aliis Imperii Statibus constabat, & Regimentum appellabatur des Reichs Regiment/majoris partis suffragatio præponderabat. *N. N. zu Worms de Anno 1521. sub tit. Römisch. Königtich. Majest. Regiment. §. Würde sich auch begeben. ibi: Vnd dem/ so durch den mehrern theit beschlossen wirdt/ folge thun.* Hunc etiam † stylum servari in iudicio Neapolitano, testatur Afflic. *decis. 1.* Et in senatu Pedemōtano Testaur. *decis. 1. n. 25.* ubi etiam in Senatibus & Rotis Italicis idem obtinere scribit. Et in summo Sabaudix senatu inter pares numero Senatores, si dissonæ sententiæ proferantur, ea pars vincit, quæ numero potior, *Anton. Fab. d. de fin. 2.* Sic in electione Imperatoris majorum votorum ratio habetur, *Aur. Bull. Carol. 17. tit. 2. §. Wann aber sic.* Idem obtinet in electione Pontificis, *c. licet. 6. de Electione. c. ubi periculum. in princ. eod. tit. in 6.* Pariter major pars confœderatorum † Principum & Communitatum in causis fœderis concludit, licet minor pars contradicat, cum regantur ad-instar unius corporis, *Martin. Laudens. in tractat. de confœder. Princip. concl. 44.* Atque hæc ex communi Dd. sententia ita procedunt, ut ne quidem per statuta & consuetudines contrarium induci possit, ne impediatur bonum publicum, *gl. & Dd. in l. aliud. §. referitur. ff. de R. 1. Abb. in c. 1. de his, quæ sunt à majori part. Capis.*

Sunt † tamen casus, ubi nec in suffragiis major pars minori præjudicat, uti sunt causæ & casus concernentes conscientiam & Religionem, quia in illis aliam habemus Maximam Apostolicam, Quòd nostrum unusquisq; de seipso reddet rationem, *Rom. 14. v. 12.* quâ de re infra de regimine Ecclesiastico sub cap. de Conciliis, fusiùs agemus.

Idem † obtinet in causis, quæ ad omnes tanquam singulos pertinent, *l. per fundum. ff. de serv. rustic. l. Sabinus. in pr. ff. comm. divid.*

- Don Garf. Masrill. de Magistrat. lib. 5. c. 15. n. 21. In contributionibus Imperii anne idem obtineat, pariter in nuperis Comitibus disceptatum, volentibus multis pluralitatem suffragiorum in hisce prærogativam non obtinere, cujus rei rationes adfert Besold.
- 66 de jurisd. Imp. Rom. c. 15. Verùm etiam † in contributionibus, quæ pro publica Imperii utilitate & necessitate imponuntur, verius esse puto, majoris partis suffragia prævalere. Nam & hoc casu suffragatio & consensus non ad omnes ut ad singulos, sed ut ad universos pertinet, quatenus videlicet causa, propter quam exiguntur contributiones, universum Imperium concernit, vid. distinctionem supra iradiam class. 3. c. 5. n. 6. & 7.
- 67 Neq; adversatur † vulgata regula, Quod ad omnes pertinet, illud ab omnibus approbari æquum est, c. quod omnes. de R. l. in 6. quia hæc regula ex alia speciali ita declaranda, Quod ad omnes pertinet, illud ab omnibus vel majori parte approbari debet, l. quod major. ff. ad municip. l. 160. de R. l. Rest. Castald. de Imperat. 9. 11. n. 8. In toto enim jure generi per speciem derogari notum est, l. in toto ff. de R. l. Plura hac de re vid. apud Besold. alleg. supra loc. Bertram. de Comitibus, conclus. 73. & quæ pro ratione dubitandi tradit Zachar. Viet. de exempt. conclus. 5. circa fin.
- 68 Hujus † occasione notanda differentia inter consilia & suffragia. Nam consilia consultantium à superiore ponderantur, suffragia verò numerantur. Inde Princeps, qui laudabiliter in rebus magni præjudicii Consiliarios suos convocat, & singulorum consilia exquirat, non tenetur id eligere, quod major pars Consiliariorum suadet, Petr. Greg. Tholos. de repub. lib. 2. c. ult. n. 4.
- 69 Absentium † autem & legitime vocatorum sicut in aliis collegiis, ita nec in Imperii conventibus ratio habetur, Zas. in parat. ff. de pact. n. 34. c. quod sicut. de elect. Bald. consil. 338. n. 2. R. N. zu Regenspurg de Anno 1541. §. Wir/ auch Churfürsten. ibi: Wo aber jemand vns gehorsamb seyn / vnd zu solchem Tage die seinen nicht abfertigen würde/ so sollen nichts desto weniger die erscheinenden im Handel fortfahren / vnd was die Rotturfft erfordert / berathschlagen vnd schliessen. Imò decreta
- 70 † præsentium ligant absentes, l. rescriptum. 10. ff. de pact. R. N. de Anno 1542. §. Vnd daß aber in disem. ibi: Vnd solcher ihr Beschluß die Abwesenden nicht weniger binden/ als ob sie selbst zugegen weren. & d. re. cess. de Anno 1541. §. Vnd was also beschlossen vnd verkündet / das sollen die Abwesenden gleichwol wie andere zu halten vnd zu volnziehen schuldig vnd pflichtig seyn.
- 71 Idem † obtinet in illis, qui ante finita Comitia recedunt, c. licet.
- 72 X. de elect. Æquum † enim non est, ut vel absentia, vel contumacia

macia temerè recedentium negotia universitatis impediatur. l. 45. C. de decurion. l. 3. l. seq. ff. quod cujusque universi. nom. aliàs enim quibusdam absentibus vel intempestivè recedentibus facilè impediri posset publica utilitas, quæ semper præferenda est privatæ, l. utilitas. C. de primipil. l. fin. §. fin. C. de caduc. tollend. Modest. Pist. conf. 21. n. 87. vol. 2.

## CAP. IX.

AN IMPERIVM SIT MAJVS IMPERATORE legitime in regimine constituto? h. e. Num Status & Proceres Imperii superiores sint Imperatore?

IN omni ordinatione † & dispositione necesse est devenire ad aliquod summum & extremum, supra quod nihil poni & esse potest in terris, & quo tandem fiat recursus: Hinc non inconvenienter à multis quæsitum, An in Imperio Romano summum illud & extremum regnandi jus penes Imperatorem resideat, an verò penes Proceres & Status Imperii? Sunt qui affirmant, non penes Imperatorem seu Regem, sed penes imperium & regnum residere superioritatis extremum. Et ita post Brutum Bucher. & alios à se allegatos sentit Althus. in Polit. c. 19. n. 12. & post eum Hænon, disputat. politic. 2. Quorum hæc sunt præcipua fundamenta.

[1.] Constituens † majus est constituto. Atqui Imperium 2 & regnum constituit Imperatorem & Regem. Ergo Imperium & regnum est superius Imperatore & Rege. Ratio Propositionis seu Majoris est; quia ex causæ † primæ influxu operatur 3 secunda, l. peso. §. prædium. ff. de legat. 2. l. necessario. ff. de pericul. rei vend. gl. in l. si ex duobus. ff. de assignand. liber. Zas. 2. conf. 1. n. 107. Idcoque jus omne potētius est in causa, quàm in causato, Bald. in l. 4. ff. de l. & l. & in l. digna vox. C. de legib. nec plus est in causato, quàm procedit ab influente potentia causæ, Idem Bald. ad l. 1. ff. de senat. & l. 1. C. de dignit. Geil. 2. obs. 1. n. 8. Wesenb. confit. 50. n. 20. Assumptionis veritas manifesta est, præsertim in Imperio, quia notorium est, Imperatorem ab Electoribus primariis Imperii Proceribus constitui.

[2.] Independens † est majus dependente. Atqui Imperator 4 dependet ab Imperio. Ergo.

[3.] Cujus beneficio † quis imperat, ei obnoxius est & im- 5

perium acceptum ferre debet. Atqui Princeps populi & Procerum beneficio imperat. Ergo Princeps hisce obnoxius est & imperium acceptum ferre debet.

6 [4.] Propter ¶ quod unumquodque tale est, id magis tale est. At Imperator & Rex est propter imperium & regnum. Ergo.

7 [5.] Omne prius ¶ est dignius. Imperium & regnum est prius Imperatore & Rege. Ergo.

8 [6.] Penes quem ¶ est regni proprietates, ille superior est eo, qui nuda administrationis jura habet. At penes Imperium & Proceres ejusdē est regni proprietates, administratione Imperator & Regi cōcelsā, quod argumentum ponderat *Althuf. d. c. 19. n. 12.*

9 [7.] Sicut Concilium ¶ est supra Papam, ita etiam æquum est Imperium esse supra Imperatorem.

Verum hisce & similibus non obstantibus, contraria sententia veritati & justitiæ magis consona, videlicet, Imperium ¶ non esse majus, h. e. Status & Proceres Imperii non esse superiores Imperatore.

11 Nam [1.] Ubi est Majestas, ¶ ibi & suprema residet potestas & superioritas, quia supra eam nullus datur adscensus, *Bald. consil. 439. n. 1. vers. Duodecimō sic argu. And. Knich. de jur. terrar. cap. 5. n. 70. Hering. de Fideiuss. c. 4. n. 55.* At penes Imperatorem legitime in regimine constitutum, & non penes imperium residet Majestas, ut supra dictum class. 2. c. 2. per tot. & præsertim n. 53. & seqq. & class. 3. c. 11. n. 1. & seqq.

12 [2.] Qui omnibus & singulis ¶ ex plenitudine potestatis, observatis tamen Dei & Regni legibus, imperat, is utique superior & major est illis omnibus & singulis, qui imperantur; quia par in parem, multo minus inferior in superiorem ullum sibi

13 sumere potest imperium, per vulgata. Imperator ¶ verò omnibus & singulis Imperii Proceribus, secundum & regni leges, ex plenitudine potestatis imperat. *N. N. de Anno 1521. sub tit. Ordnung des Landfriedens, in pr. ibi: Entbieten allen vnd jeglichen vnseren vnd des H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen/ &c. vnseren vnd des H. Reichs Vnterthanen. & in ead. constitut. sub tit. Handhabung des Friedens. §. Darauff befehlen wir allen vnd jeden auß Römischer Keyserlicher Macht/ &c. & dixi. fusiles de hoc argumento supra d. cap. 2. class. 2. n. 72. & seqq.* Et his argumentis plura addi possent, nisi allegatis supra locus hoc thema discussum esset.

14 Deinde, pro ¶ majori evidentiâ notandum, Imperium non nisi abusive pro Imperii Proceribus dici posse, siquidem Impe-

rii corpus constat ex capite, quod Imperator est, & membris, quorum vices Proceres & Status sustinent. Sicut itaque corpus sine capite perfectum censei non potest, ita nec Imperium sine Imperatore. Ideoque ne vacante Imperii sede corpus illud mutilum & mancum redderetur, lege publicâ cautum, ut statim accidente vacatione sint qui Imperatoris & capitis vices interim gerant, qui Imperii Vicarii dicuntur, *Jur. Bull. iii. 5.* Itaque si propriè accepto IMPERII vocabulo, † Imperium, h. e. Impe- 15 ratorem cum universis Imperii Proceribus dicamus esse majus solo Imperatore, h. e. majoris efficaciz esse decreta & negotia, quæ Imperatoris & universi Imperii consensu, quàm quæ a se lo Imperatore contra morem & legem patriæ suscipiuntur & expediuntur, & hoc sensu admitto auctoritatem Imperii, h. e. Imperatoris & Procerum conjunctim accepti majorem esse, quàm solus Imperatoris, sed cum alio sensu dissentientes id accipiant, ideoque ad eorum argumenta erit respondendum.

Ad 1. responderetur: Constituens † non semper superius est 16 constituto. Aut enim aliquis constituit aliquem supra se, conferendo in ipsum jus summæ potestatis, & utique non manet constituens superior constituto, quia duo æquæ summa in eodem rerum statu statui non debent: Aut verò aliquis constituit aliquem infra se, & tunc constituens manet superior. Sic populus per L. Regiam † trāsferendo omne Imperium in Principem, 17 ipsum supra se quoad jurisdictionem & Reipubl. gubernationem constituit: Princeps verò rursus constituit Proconsules & Præsides provinciarum, aliosque superiores post se Magistratus, non tamen supra se & ut in ipsum imperium usurpent, sed in populum, post ipsum tamen, *l. 8. ff. de offic. Proconsul. l. 4. ff. de offic. Præsida.* Sic Cardinales constituunt Papam, Capitulares Episcopum, neque tamen vel Cardinales Papam, vel Capitulares Episcopo superiores existunt. Huic rursus subdubitando opponi potest, quòd in omni † concessione superior potestas reserve- 18 tur concedenti, *Bald. consil. 333. colum. 2. lib. 1.* Ideoque ita semper intelligenda, ut majoria supremaque potestas, & quæ ad eam tuendam pertinent, reservata censeantur, ut *ex eod. Bald. consil. 327. n. 7. lib. 1.* tradit Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 40. & seq.*

Pro ratione verò † decidendi distinguendum inter transla- 19 tionem supremi Imperii & concessionem jurisdictionis à Principe factam his, qui in partem sollicitudinis assumpti sunt. Itaque tradita Baldi nō loquuntur de translatione Imperii summi, qualem facit populus constituendo supra se summum Principem;

sed de concessione jurisdictionis & Imperii, qualem summus Princeps facere consuevit inferioribus a se, ad sublevationem  
 20 curarum & sollicitudinis, in qua ꝑ quia hoc non agitur, ut superior quis respectu concedentis constituatur, merito censetur reservata. Majoria & superior potestas, ne actus agentium voluntarii ultrâ, quàm ferat arbitrium, extendantur, *l. obligationem. §. 1. de O. & A. l. non omnis. ff. si cere. pet. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 4. n. 77.*

Ad principalis Propositionis rationem adductam responde-  
 21 tur, quòd quidem ꝑ ex causæ primæ influxu operetur secunda in effectu constituendo, non verò constituto. Deinde, illa Maxima procedit in causis permanentibus, non verò transeuntibus. Potestas autem, quam populus constituens Principem habuit, non permanet penes populum, sed transit in Principem. Sic adhuc hodiè vacante Imperii sede ipsis Imperii Ordinibus suprema jurisdictio habitualiter inest, & per serenissimos Imperii Vicarios actualiter exercetur, donec novus Imperator eligatur, in quem ipso electionis jure non cumulativè, sed privativè suprema potestas transit, neque penes eligentes permanet.

22 Ad 2. respondetur: Imperatorem ꝑ & summum Principem dependere ab Imperio vel Regno origine constitutionis & translationis, non verò actuali potestate gubernationis & directionis universi. Nam respectu hujus non Imperator ab Imperio dependet, sed universi Imperii cives ab Imperatore tanquam summo capite, dummodo secundùm Imperii leges gu-

23 bervationem dirigat, dependent. Is enim est summus ꝑ Imperii Curator, Dominus & Rex, qui jurisdictionem universalem in omnibus Imperii civibus fundatam habet, & ratione cuius omnia rectè ab ejus jurisdictione dependere dicuntur, *l. in l. cunctos populos. n. 2. & 8. C. de summ. Trinit. Bart. in extravagant. ad reprehendum. verb. totius orbis. Andr. Geil. l. de P. P. c. II. n. 4. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. sub n. 76. fol. 635.*

34 Ad 3. respondetur: Principem ꝑ non tam populi beneficio, quàm ipsius Dei ordinatione imperare, *Rom. 13. v. 1. Proverb. 8. v. 15. l. 1. C. de vet. jur. enucl. Nov. 73. in præfat. §. 1. R. U. de Anno 1548. in pr.* Hinc solium Regis dicitur solium Dei, *2. Chronic. cap. 9. v. 8. & dixi supra class. 1. c. 2. n. 2. 3. 4. 5. & seqq.* neque tam populo, quàm Deo obnoxius est, *Psal. 51. cui de suo officio rationem reddere*

25 cogetur, *1. Sam. cap. 12. Deuter. c. 17. v. 18.* Sic quamvis ꝑ Imperator Romanus ab Electoribus constituatur, non tamen Electorum beneficio, sed Dei gratiâ se regnare proficitur. Neque enim ex

gratia,

gratia, sed ex officii necessitate & jurisjurandi præstiti religio-  
ne Electores Imperatorem eligunt, *Aur. Bull. iii. l. 9. Wann es*  
*auch darzu kommen. & dixi supra class. 2. c. 2. n. 177.*

Ad 4. argumenti † Propositionem respondetur, illam non in 26  
omnibus & semper procedere, sed saltèm in causis naturalibus  
& essentialiter connexis, & per se agentibus, non verò in vo-  
luntariis. Sic non sequitur: Propter vinum inebriamur; Ergo id  
magis est ebrium. Sic Medicus est propter sanitatem; non tamen  
inde efficitur, ipsum esse magis sanum ipsâ sanitate. Pariter non  
sequitur: Christus passus est propter genus humanum; Ergo ge-  
nus humanum est dignius & majus ipso Christo.

Ad 5. respondetur: Non † omne quod prius est, semper esse 27  
dignius; quia & ovum prius est pullo, nec tamen dignius. Sic se-  
men, ex quo formatur homo, prius est ipso homine, nec tamen  
propterea dignius est. Deinde, prius manendo potest esse di-  
gnius. Constituto autem Principe summo, is est primus &  
summus.

Ad 6. respondetur: Nihil commune habere causam dominiî  
† & proprietatis cum Imperio & superioritate imperiali, *Oldrad. 28*  
*consil. 176. Dec. consil. 528. n. 9. Petr. Frid. Mindan. de Processib. lib. 1. c.*  
*34. n. 29. Separatam † esse fundi proprietatem à jurisdictione, 29*  
*post alios tradit Andr. Geil. 2. obs. 62. n. 9. Nec enim is, qui suorum*  
*ædificiorum Dominus est, imperii jus in illis habet, Anton. Vacc.*  
*ad l. 2. de rerum divis. Nam proprietatis † & directum dominium 30*  
non est de substantia regni seu regis dignitatis, quia illa non  
Principi, sed coronæ, sceptro & folio regio inseparabiliter co-  
hæret, *ut eruditè tradit Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. gl. 4.*  
*n. 16. & 17. ubi id fusiùs persequitur. Cùm itaque † Majestas Im- 31*  
perialis culminis & Principalis dignitatis longè sit augustior &  
eminentior, quàm rerû proprietatis, quæ penes quemlibet etiam  
rusticum & privatum pro modo bonorum suorum residet, non  
propterea Imperium seu potius sceptrum & solium Imperiale,  
penes quod residet regni proprietatis, superius erit censendum  
Imperatore, penes quem residet Majestas † & extrema superio- 32  
ritas, cujus effectus est, omnibus dominari, mandare, præcipe-  
re, omnibus modum & normam præscribere, rerum etiam sua-  
rum proprietate utendi. Inde quæ non immeritò Imperialis au-  
ctoritas superior & potior æstimatur Imperii proprietate.

Et ne hoc sine fundamento asserere videar, ex novissimis Im-  
perii probari potest constitutionibus, † Imperatores suam au- 33  
ctoritatem præponere Imperii auctoritati, *St. V. zu Augspurg de*

- Anno 1566. §. Demnach in 64. Jahr. *ibi*: Zu erhaltung vnser vnd des H. Reichs Auctorität. Similiter in omnibus aliis dispositionibus
- 34 † Constitutionum Imperialium, ubi Imperator copulativè conjungitur cum Imperio, semper ille præponitur: Vnser vnd des H. Reichs Stände. R. U. de Anno 1555. in princ. Vnser vnd des H. Reichs Churfürsten. R. U. de Anno 1524. in pr. & passim, Vnser vnd des H. Reichs schwäre Ungenade. R. U. zu Augspurg de Anno 1530. §. Vnd diess welt. *ibi*: Vnser Fürst vnd Glied des H. Reichs. R. U. de Anno 1544. in pr. Vnser vnd des heiligen Reichs Statt. d. Keceß. de Anno 1555. & passim. Idem etiam fecerunt Status & Procere Imperii absente Imperatore in Comitibus Augustanis, R. U. de Anno 1525. circa finem principii. & R. U. zu Eßlingen de Anno 1526. in pr. *ibi*: Vnd also mit freiß vnd trewen thun vnd handeln sollen / atß sie der Keyserlichen Majests Rät vnd dem H. Reich verwantß vnd schuldig seind. & *ibid.* in §. Nach dem. cum multis similibus.
- 35 Ad 7. responderetur, inter ipsos Pontificios † nondum convenire, an Concilium sit supra Papam. Nam multi statuunt ex Canonistis, Papam esse supra Concilium, & à Concilio etiam universaliter appellari ad Papam, *Cardin. Alex. in rubric. n. 35. vers. sed quid de Concilio universalis.* & n. 36. de *Appellat. quem sequitur Cardin. Iacobus. in tractat. de Concil. lib. 10. art. 2. n. 1. & seqq.* & si aliquod emergat dubium, quod explicatione indigeat, recurrendum esse ad Papam, tradit Gregor. Tholosan. de *Appell. lib. 3. c. 6. n. 2. in fin. Sigism. Scacc. de Appellat. q. 8. sub n. 100. versic. tempera hanc limitationem.* quod utique fieri non potest, nisi Papa statuatur superior, quia appellatio devolvit causam ad superiorem, l. 1. ff. de
- 36 *Appell. cum similib.* Deinde, etiam si oppositum † argumentum in Concilio admittamus, prout libenter admittimus, non tamen inde rectè inferitur idem obtinere quoad Imperium; quia distincta & separata sunt dona Dei, sacerdotium, & imperium, Nov. 6. in pr. Neq; in Conciliis quicquam obtinet auctoritas humanæ potestatis, sed sola divinarum literarum veritas, ut *infra suo loco, ubi de Conciliis agemus, latius prosequemur.*
- Ex hujus quæstionis resolutione & illa dependet, An ab Imperatore ad Imperium appellari † possit? Si enim Imperium, h. e. Procere & Status Imperii non sunt superiores Imperatore, neq; ab hoc ad illos valebit appellatio. Hinc Ulpianus: Stultum est, inquit, illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur, l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non lic. *Specul. tit. de Appellat. §. videndum restat. in pr. lib. 2. Marant. in spec. part. 6. sub*
- 38 *tit. de Appellat. n. 248.* Nam de substantia † appellationis est, ut fiat

fiat ab inferiore ad superiorem, d. l. 1. §. 3. de appellat. Nov. 23. cap. 4. Indeq; interposita appellatio † ab inferiore ad superiorem ipso 39  
 jure non valet, deficiente appellationis substantiâ, *Argo in rubr.*  
*n. 19. C. de Appellat. Bart. in d. l. 1. §. si quis. 3. ff. eod.* quod ita procedit,  
 ut ne consuetudine † contrariū induci possit, ut videlicet ad mi- 40  
 norem vel inferiorem appelletur, *gl. in cap. 2. in verb. official. de con-*  
*suet. in 6. Felin. ad rubr. de Appell. Marant. d. part. 6. sub m. de Appella-*  
*tionib. art. 2. sub n. 3. Rebuff. in tract. de Appell. in pr.* Ratio est, quia  
 consuetudo † non potest tollere substantialia actus, & tamen 41  
 salvare actum, *Sigism. Scacc. de Appell. q. 2. n. 6. versic. Ratio rationis*  
*est.* At, ut modò dictum, de substantia Appellationis est, ut appel-  
 letur ad majorem. Cùm enim inferior † vel minor non possit 42  
 contra superiorem de jure insurgere, appellatio ad inferiorem  
 serviret de vento, ut ex *Ferrariens.* dicit idem *Scacc. d. loc.* Sic nec à  
 Papa ad Cardinales provocationem valere, *post alios à se allega-*  
*tos idem Scacc. d. tract. q. 8. n. 64. docet.* Sic cùm aliquando à sen-  
 tentia summi Principis seu Imperatoris in *Sachen / die Land vnd*  
*Leuth antreffen* appellaretur ad Cameram, denegati fuerunt Pro-  
 cessus *Episcop. zu W. B. contra Nassaw Anno 49. ut restatur Auct.*  
*decis. seu præjudic. Cam. verb. Cæsaris cum Camera concursus.*

## CAP. X.

DE RELIQVIS IMPERII IMMEDIATIS  
 civibus, qui non sunt Status Imperii.

SUNT præterea † in Imperio Cives immediati, neminem nisi 1  
 Imperatorem & Imperium recognoscentes, qui Status Im-  
 perii non sunt, ut est textus expressus in *Deputations Abschied de Anno*  
*1564. §. Vnd wollen wir als Römischer Keyser gegen denen / so niche*  
*Stände des H. Reichs / jedoch dem H. Reich immediate unterworfen.*  
*fac. tex. in R. N. de Anno 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungs hand-*  
*lung. ibi: Nicht immediate Glieder vnd Stände des H. Reichs gewo-*  
*sen. ubi per particulam copulativam Et, hæc duo, immediatum,*  
 & Statum esse, conjunguntur. Copulæ † autem natura est, ut 2  
 ponatur inter diversa, *gl. in rubr. de jur. & fact. ignor. las. ad l. 32. n. 3.*  
*de legib.* Latius itaque † patet, immediatè subiectum, quàm Sta- 3  
 tum esse, *Auctor decis. seu præjudic. Camer. in verb. Nobilitas. fol. 235.*  
*versic. Immediatè.*

Tales sunt in Imperio † Nobiles quidam in Suevia, Franconia 4  
 & ad tractum Rheni, die *Fränkische / Schwäbische vnd Rheinische*  
*Rit.*

- Ritterschafft. Qui etiam dicuntur Freye vom Ubel / Freye Ritterschafft / inde forsan, weil sie von anderer Herren Landes hohen Obrigkeit gefreyet / vnd dem Reich ohne Mittel vnterworffen sind. Sunt qui
- 5 † Nobiles hosce immediatos Statibus Imperii annumerare volunt, *ut facit Math. Wehner. in pract. obs. in verb. Ritterschafft. Verum cum hi Nobiles, licet eximiis privilegiis præ alis sint decorati, † votum & sessionem in Comitibus Imperii non habeant, neque in matricula reperiantur, ad Status Imperii referri non possunt; Ut enim aliquis sit Status Imperii, debet jus Comitiarum habere, N. U. de Anno 1548. §. Wann auch ein Aufgezogener. ibi: Stimm vnd Stand in Reichs versambtungen. Geil. 1. obs. 2. l. n. 9. versic. Quarto, quod sessionem & votum. Indeque; neq; in subscriptionibus recessuum Imperii, neq; in matricula reperiantur.*
- 7 Et quamvis olim † Nobiles Imperii jus Comitiarum habuisse negari non possit, *uti patet ex proem. Aur. Bull. circ. fin. ubi inter illos, qui Comitibus Noribergensibus in constitutione Aur. Bull. interfuerunt, recensentur etiam Nobiles Edten, Buxtorff. in aur. Bull. concl. 5. lin. c. Quo modo verò jus Comitiarum † Nobiles amiserint, non convenit inter Doctores, vid. Bertram. de Comitibus, concl. 39. Bruning. de variis universit. speciebus. concl. 18. Qui tamen hodiè id ipsum asserunt, illis & rationes modò adductæ, & ipsa experientia, veritatis merities, resistit; Et ita etiam sentit Sixtin.*
- 8 *de regalib. lib. 1. c. 4. n. 94. Inde neque jus † Archivi habent, ut tradit Kuland. de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 50. quamvis quoad totum corpus Nobilitatis ibidem subdubitet Neque eorum sententia † placet, qui volunt, Nobiles conjunctim posse dici Statum Imperii, ut innuit Auct. decis. Camer. verb. Nobilitas. quia neq; conjunctim ad Comitata Imperii vocantur, aut sessionem in illis habent. Nam si ab Imperatore † & Imperii Statibus aliquid decernitur, postmodum demum cum Nobilitate ista de rebus decretis tractatur. N. U. zu Augsburg de Anno 1500. sub rubr. Was man mit den Ritterschafften zu Francken/Schwaben vñ Rheintanden handeln soll. ubi ita à Maximiliano I. Imp. statuitur: Wir / oder so an vnser statt sitzen wirdt / vnd vnser verordnet Regiment / sollen vnd wollen auch mit der Ritterschafft zu Francken/Schwaben/ Rheintanden ernstlich handeln vnd reden lassen / zu obangezigtẽ Christlichen fürnemmen / auch zu Beschirmung des H. Reichs / dieweil sie vmb ihrer Vorfahren verdienst willen / von demselben Reich ihr Ehr vnd Würde / auch den mehrern theil ihres Guts haben / ihre getrewe Hülf / wie ihnen als Christgläubigen Ritters vnd Knechten des H. Reichs wol anstehet / zu thun.*
- 12 Hi tamen † Nobiles plerumque vicinorum Principum sunt

Vasalli, qui etiam in eorum territorio maxima regalia vigore  
 der Landesfürstlichen Obrigkeit haben. Unde licet hisce Nobilibus  
 concessum jus venandi, † & sic species regaliorū, tamen illud jus 13  
 se rarò ultra minores feras *Ridergewild* / putà jus aucupandi, le-  
 pores capiendi, & aliquando apros tantum canibus insequen-  
 di, & vulgò dicitur von *Strick auf* / idq; statutis tantum tempori-  
 bus, cum vicini Principes venari desierunt, obtinet: majora verò  
 ferarum genera, cervos, apros, urfos, vulgò *Hochwild* / cum  
 canibus insectari ipsis nò (nisi fortè ex speciali jure id habeant)  
 permittitur, *Ruland. d. cap. 4. n. 50.* Castra tamen, quæ ab hisce  
 Nobilibus immediatis possidentur, † iisdem privilegiis & juri- 14  
 bus utuntur, quibus civitas vel alia universitas immediata, *uii*  
*docet & declarat Andr. Geil. 2. obs. 62. n. 3. Matth. Wehner. in pract.*  
*obj. verb. Ritter-schafft.*

Ad horum tamen Nobilium † classẽm non sunt referendi illi, 15  
 qui in aliorum Principum territoriis habitant, & quidem multis  
 privilegiis sunt donati, ratione onerum & præstationum perso-  
 nalium, non enim exinde statim censendi sunt exempti, quia  
 multum differt exemptus à subdito utcumque privilegiato, *Be-*  
*fold, de jurisd. imp. Rom. c. 18. pag. 50.* ubi dicit, multos in *Alsatia* re-  
 periri, qui semet vocant *gefreyte Landtsassen*. Sic & in *Austria* a-  
 liisque locis tam Nobiles quam alii subditi multa privilegia ha-  
 bent, qui tamen nihilominus sunt mediati & subditi.

Sunt etiam quædam † Collegia Canonicorum libera, quæ 16  
 immediatè Cæsari & Imperio in Civilibus parent, *das Freye Key-*  
*serliche Stifft* sind / ut Collegium Canonicorum *Bruxellæ* in  
*Praurheim* / item *Bursched* prope *Aquisgranum*, & Collegium  
 in *Arnuell* prope *Sarpsruden* / quæ exinde etiam in *Camera* rectè  
 conveniuntur, uti præjudicii ostendit *Andr. Geil. 1. obs. 30. n. 9.*

Pariter multas † Civitates esse, quæ Status Imperii non sunt, 17  
 sed tamen per privilegium exemptas à mediata inferiorum sub-  
 jectione, asserit *Auct. Decis. seu præjud. Cam. Imperial. verb. Nobilitas.*  
*verb. nota singulariter.* quarum tamen exempla mihi non occur-  
 runt.

Idem obtinet in multis † Castris & *Burggraviis Ganerbio-* 18  
*rum*, qui quidem immediatè Imperio parent, Statum tamen Im-  
 perii non repræsentant.

Similiter, multi ex *Commendatoribus* † immediatè Imperio 19  
 parent & contra eos, tanquam immediatos, processus in *Ca-*  
*mera* decernuntur, qui tamen non reperiuntur in catalogo Sta-  
 tuum Imperii.

- 20 Hoc tamen privilegium † immedietatis daß einer dem Reich ohne Mittel unterworffen sey/ non est qualitas aut privilegium re-  
re personale, sed potiùs reale, quod non solum exacti noto-  
rietate & evidentiâ, verùm etiam ex ipsis Imperii novissimis
- 21 Constitutionibus apparet. Hinc Comes † & Barones recens  
ad eam dignitatem evecti idè ab immediata cōtributione exi-  
muntur, quia nulla bona immediatè sub vel ab Imperio habent,  
& ita sine præjudicio aliorum Principum, quibus subsunt, im-  
mediatæ subjectionis qualitate donari nō potuerunt, quæ causa  
iteratò in d. constitutione inculcatur, *R. N. de Anno 1548. §. Wies*  
*wol auch in der Ringerungs handlung, ubi inter alia notanda verba*  
*illa: In ansehung/ daß solche newe Graffen vnd Herren nicht immédia-*  
*tè Glieder des H. Reichs gewesen/ oder darinn begüteret. quæ particula*  
*disjunctiva oder/ seu, vel, ejus est naturæ, ut ponatur inter diver-*  
*sa quidem, eundem tamen effectum habentia, per text. in l. de*  
*reb. dub. Vultej. de Fend. lib. 1. c. 9. n. 40. vers. Textus. Itaque ad consti-*
- 22 tuendum immedietatis † effectum sufficit, vel personam esse  
immediatè subditam, vel bona in, sub, vel ab Imperio habere &  
possidere, *per d. constitutionis textum.*
- 23 Notandum † tamen, non necesse esse, ut aliquis immediatè ab  
Imperio bona habeat, sed sufficit, ut ea sub vel in Imperio ha-  
beat immediatè; quia in alternativis alterutrū sufficit, *Everhard.*  
*in Topic. legal. loc. 108. n. 8. Aliud itaq; est, ab Imperio: aliud, sub*  
*Imperio: aliud, in Imperio immediatè bona possidere: Illud*  
*causam possessionis, istud subiectionem, hoc situm osten-*
- 24 dit, *ut eruditè declarat Zach. Viet. de exemption. concl. 28. Hoc † unus*  
*idemque pro diversitate bonorum, quæ possidet, ratione quo-*  
*rundam ut mediatus, ratione aliorum ut immediatus cense-*  
*ri potest, text. in d. Recept. de Anno 1548 §. Auch der Graffen von Tübingen*  
*haben. ibi: Daß sie als Graffen des Reichs / ihrer Güter haben/ so*  
*sie ohne mittel im Reich haben / gleichwol in des Reichs Anschläge gezo-*  
*gen werden mögen: Aber der Pfandschafften / auch eigener oder Lehngü-*  
*ter haben/ so sie von seiner Liebden ( inreilige Ferdinandum Regem*  
*Romanorum) vnd in derselben Desierreichischen Erblanden haben/ vom*
- 25 Reich billich vnbelegt bleiben sollen. Nam eadem † periona diversis  
qualitatibus prædita pro diversa habetur, *cum Capella X. de pri-*  
*vilieg. c. ex literis, de probation. l. fin. de insti. Baro. in tract. de Guelph. &*  
*Gibellin. n. 8. & n. 16. quod suprâ latius declaravi lib. 1. class. 2. c. 2.*  
*n. 168. & seqq.*
- 26 Præterea, † multi reperiuntur immediati, præsertim Nobiles,  
qui nulla libera Castra vel prædia habent, nihilominus tamen

ratione suæ personæ ordinariæq; subjectionis, nullum superiorem, nisi Cæsarem, Cæsarisq; suprema judicia, Camera videlicet & Dicasterium Rotvvilense, judicem agnoscunt, & Freye Reichs von Udel vulgò appellantur.

Occasione † hujus occurrit quæstio satis ardua : Si aliquis 27  
tàm ratione personæ, quàm bonorum immediatè Imperio sub-  
sit, sed tamen bona sub alio immediato Imperii Statu possideat,  
non quidem jure Imperii, sed vel jure Feudi, non ab Imperio,  
sed alio immediato Statu, in cujus territorio bona illa sita sunt,  
recogniti, vel alio etiam titulo privato & communi possideat,  
an'ne ei ratione illorum bonorum in Camera Mandata super  
constitutione de Pignorationibus vel Arrestis decerni possint?  
Negativam rationibus haut contemnendis defendit Petr. We-  
senb. *consil. 49. à n. 7. usq; ad fin. post Andr. Geil. de Arrest. cap. 6.* In  
contrariam sententiam, sub distinctione tamen, inclinat Petr.  
Frider. Mindan. *de Processib. lib. 1. c. 34. n. 21.* Verùm cum ista in Im-  
perii constitutionibus expressè decisa non reperiatur, Impera-  
toriâ decisione indigeret, eamq; à Statibus deputatis inter  
nova dubia rejectam & indecisam mansisse, in *Recess. Deputat. de*  
*Anno 1600. §. Es haben uns unsere, asserit Gylman. in symphorem.*  
*supplic. tom. 3. fol. 325.*

Cives † in Civitatibus Imperialibus, licèt ipsa Civitas imme- 28  
diatè Imperium recognoscat, immediatis non sunt accensendi,  
sed mediatis; quia Senatui tanquam Magistratui suo parent  
immediatè. Nam Civitas Imperialis, tanquam universitas in  
consideratione immediatæ subjectionis & Status Imperii, re-  
præsentat unam personam, quæ est aliud ab hominibus univer-  
sitaris, *l. mortuo. 22. de Fidejussor.* Et idè non sequitur: Civitas † 29  
Imperialis immediatè paret Imperio & est Status Imperii; Ergo  
& Cives, qui in Civitate sunt; quia iste honor & consideratio  
universitatis est, non singulorum, *l. sed si hac lege. §. qui manumitti-*  
*tur.* Quare processus in Camera super Religionis & aliis Con-  
stitutionibus tanquam immediati impetrare non possunt. Et ita  
denegatos processus civibus quibusdam Coloniensibus contra  
Consules & Senatum Coloniens. Anno 1588. super consti-  
tutione Religionis testatur Petr. Frider. Mindan.

*de Process. Cameral. lib. 1. cap. 31. per tot.*

*ubi prò & contra dis-*  
*putat.*

## CAP. XI.

DE RELIQUIS IMPERII CIVIBVS,  
præsertim Mediatis, eorumq<sup>3</sup> discrimine &  
conditione.

**H**ACTENUS egimus de immediatis Imperii civibus, tam illis, qui Statum Impetii repræsentant, quam istis, qui sine illa qualitate immediatè Imperio parent; consequens etiam esse duximus, ut paucula quædam de reliquis & plerumque Mediat<sup>is</sup> adjiciamus. Mediat<sup>i</sup> † sunt, qui non Imperatori & Imperio, sed aliis superioribus & Statibus immediatis immediato subjectionis nexu devinciuntur, quibus etiam homagium & alia subditorum onera exhibent.

Dixi autem, IMMEDIATO SUBIECTIONIS NEXU; quia  
 2 omnes personæ habitantes in Imperio † Romano-Germanico, & limites ejus, Imperio subsunt, nemine excepto, licet mediatè,  
 3 mit mittel. Et quamvis mediat<sup>i</sup> homagium & juramentum † subjectionis præstent, tamen in omni juramento & obligatione censetur reservata Imperatoris & Imperii tanquam superioris auctoritas, c. venientes. & ibi gl. de jurejurand. O. asc. Cacheran. decis. Pedemont. 78. n. 20. Modest. Pistor. conf. 24. n. 26. vol. 1. Prosp. Farinac. de delict. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 16. & ibi allegati. N. U. de Anno 1555. §. Vnd sollen die jenige. ibi: Zuvor vnd eh sie obgesetzte Pflichte den Krånssen thun/aller ander Pflichten/Enden/re. kein andere/weder allein die Pflicht/damit sie der Römischen Keyserlichen Majestät vnd dem H. Reich zugehan vnd verwanth seind/hierinn aufgenommen vnd vorbehalten.

4 Sicut immediati † Imperii cives non omnes ejusdem conditionis & status, ita neque mediat<sup>i</sup>. Quidam namque sunt eminentioris conditionis, quidam verò inferioris. Eminentioris conditionis Mediat<sup>i</sup> sunt Comites, Barones, Nobiles, Literati & Milites, qui aliis Statibus immediatè parent.

De COMITIBUS & BARONIBUS Mediatis est text. in sæpè allegato recess. de Anno 1548. §. Biewol auch in der Dingerungs handlung. & dixi quædam suprâ class. 4. c. 14. n. 30. & seqq.

5 NOBILIUM † varia usurpatio, ut videre est apud Tiraquelum in tractatu absolutissimo de Nobilitate, apud quem ea tractari in hac materia, quæ hominis ingenio excogitari possunt, dicit  
 6 Menoch. de arbitr. judic. 99. cent. 2. cas. 67. n. 1. Hic autem Nobiles † illos intelligimus, qui jure & moribus Germanorum tales censentur,

sentur, sive ex natalibus, sive ex privilegio summi Principis, aut statuto loci, nobilitatem nacti sint.

Apud Græcos olim Nobilitas † aut à stirpe Regum aut He-  
roum, utpotè Heraclidarum, Æacidarum, Cecropidarum, & id  
genus aliorum ducebatur, aut qui ob res tum à se, tum à Majori-  
bus præclarè gestas, publico decreto coronam auream, immu-  
nitates, statuas, primos confessus & similia consequerantur, Bo-  
din. 3. de repub. c. 8. p. 550. ubi etiam varios populorum mores circa  
nobilitatem refert; quod latius persequi nostri non est instituti.  
Hæc saltèm † addo, Interesse Reipub. non solùm ut nobiles fa-  
milix conserventur, l. i. §. 13. ff. de ventr. insp. l. 9. C. de quæstionib.  
Forster. de success. lib. 3. c. 4. n. 20. & homines Majoribus suis digni-  
nascantur, & eorum vestigia imitentur, Cicer. pro Sest. verùm  
etiam ut alii nobilitatis † præmio & prærogativâ ad virtutem  
invitentur & eâ decorentur, arg. l. i. de l. & l. Quod enim flores  
sunt in pratis, id Nobiles in Repub. Obrecht. in disput. de Regalib.  
ib. 115. Ideoque meritò omnes boni nobilitati favemus, ut di-  
cit Cic. alleg. modò loco. Et quamvis † negari non possit, æquum  
esse, ut Avorum virtuti multum tribuatur, & quòd illi magis co-  
ruscent, qui præcis Proavorum meritis propriam virtutem ad-  
jecerunt; non tamen minùs excludendi à vera nobilitatis digni-  
tate & insigniis hi, qui ob singularia merita summi Principis be-  
neficio recens nobilitatem adepti sunt, sicut illorum primi ac-  
quirentes istam dignitatem. Quis enim, nisi rationis omnis ex-  
pers, † ibit inficias, non idem hodiè, quod olim propositum  
esse virtuti præmium, nisi simul quis neget, non tantam hodiè  
quàm olim habendam esse virtutis rationem? aut in summo  
Principe obstructum fontem & scaturiginem nobilitatis, &  
quòd non hodiè ut olim nobilitandi potestatem habeat?

Si verò quærat, † utrius, an'ne illius, qui ex genere, an verò  
illius, qui ex propriâ virtute nobilitatur, major sit dignitas?  
Placet communis illa Politicorum distinctio: Aut Nobiles  
genere à parentum virtute deficiunt, genus ingenuum impro-  
bant, & fumosis solummodò Majorum tabulis delicias sibi  
quærun, atque

*laetant oia parta negotiis paternis,*

*Ac ignavi nobilitate gloriantur:*

& tunc recens virtus, quæ magis accedit ad principium primum  
& verum nobilitatis, in se laudabilior est, & magis ad Reipub.  
utilitatem confert, quàm sola Proavitæ & alienæ virtutis jacta-  
tio. Neque nobilitas † parentum potest excludere filiorum

tenebras, *Nevizan. in Sylv. Nupt. lib. 4. n. 133.* Nam tempore Nobilitas incipit, tempore desinit; virtute claret, vitio sepelitur, *Petr. Greg. Tholos. de Repub. lib. 4. c. 2. n. 9.* Unde Nazianz. Qui genus, inquit, jactatis, indolem quoque & mores nobilitate, *Orat. 12.* Et juxta Ovid.

*Et genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra puto.* — — — — —

- Et si objiciatur alicui Novitas, is cum *Mar. apud Salust. in Jugurth.* respondere potest, ut objiciens idem faciat Majoribus suis, quibus uti ipsi ex virtute Nobilitas cœpit. Non tam spectandum, † ex qua quis gente natus, sed quâ quis gente & familiâ dignus, uti in simili aliquando respondit Aristoteles; Patriam inaniter jactanti, non esse spectandum, ex qua patria quis sit ortus, sed quâ patriâ sit dignus, refert *Nevizan. in Sylv. Nupt. lib. 4. n. 133.* Omnia enim, quæ nunc vetustissima † videntur, nova fuere, inquit *Tacit. 11. annal. Hænon. disp. Polit. 2. th. 30.* Aut verò Nobiles † genere imitantur Majorum virtutem, & tunc meritò illis, qui recens propter virtutem Nobilitatem quæsiyerunt, præferentur; quia isti non solum propriâ virtute, sed etiam Majorum claritate commendantur, *Bodin. 3. de Repub. d. c. 8. p. 554. vers. Et quidem duobus.* Et virtus † in antiqua Nobilitate fulget velut gemma in auro. Ideoque juxta *Taubman. in Epigram.*

*Is meruit veræ sibi nobilitatis honorem,  
Quem genus & genii nobilitavit honor.*

- 18 Et non ita inconvenienter Turcarum † moribus, dignitatis ordo ex virtute ejusque ponderatur; nec ultra nepotes avorum virtus aut nobilitas propagari consuevit, ut videlicet sui quisque generis claritudinem intermortuam renovare studeat, aut ignobilium ac plebejorum ordine censeatur, *Bodin. d. cap. 3. pag. 557.*
- 19 Ad hoc, ut aliquis genere sit Nobilis, † satis est, si ex patre nascatur nobili, etiam si mater sit ignobilis; quia sceminis nobilissimam dignitatem mariti tribuunt, *l. femina. ff. de senator. quorum radiis illæ coruscant, Novell. 150. cap. 2. l. fin. ibi: & sentiat mulier viri fulgorem. C. de Nupt.* Hinc *Imp. Valent. Theodos. & Arcadius, Mulieres, inquit, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus, l. mulieres. C. de dignitat.*
- 20 Et quamvis quidam id oppugnare contentur, jura † tamen aperta & manifesta contrarium statuunt. Indeque ex ignobi-

ignobili matre, patre tamen nobili legitime natos, ad feuda in Camera & Saxonia Electoratu admissos, multi testantur. Et facit text. 2. Feud. 29. ubi ad hoc, ut filii nati ex ignobili matre à successione repellantur, pactum speciale requiritur. Borcholt, de Feud. cap. 7. part. 2. n. 56. §. filii nati. Ideoque pacto non interveniente ejusmodi liberi pari jure cum illis, qui ex nobili matre nati sunt, quoad successione feudalem censentur, quod est argumentum à contrario sensu, Tiraquell, de Nobilit. cap. 17. & 18. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. cap. 7. membr. 2. n. 44. & seq. ubi vid. distinctionem, & plura eà de re. Imò etiam in legitimatis per subsequens matrimonium obtinere eleganter & prolixè ostendit Hieron. Schurff. 1. conf. 1. n. 18. & seqq. Et de legitimatis per rescriptum Principis, vid. eundem conf. 2. eadem cent. 1.

An verò Ignobiles † adoptati à Nobilibus, nobilitatem nanciscantur? Ita videtur dicendum ex multis juris textibus. [1.] Quia adoptio imitatur naturam, §. minorem. 4. Inst. de adoption. [2.] fac. text. in l. senatoris filium. 5. ff. de adoption. & l. liberos. 10. eod. ubi à Senatoribus adoptati, senatoriam dignitatem nanciscuntur, text. in l. per adoptionem. 35. ff. de adoption. l. sciendum. 32. ff. de rit. nupt. ubi libertinus ab ingenuo adoptatus, ingenui jura nanciscitur, fac. l. 1. §. cognationum. ff. unde cognat. ubi dicitur, Adoptivos in familia adoptiva jura cognationis nancisci. l. 10. in pr. C. de adoption. ubi adoptatus dicitur in alienam familiam transferri. Si itaque adoptatus transit in familiam adoptantis, utique & in dignitatem & nobilitatem familiæ annexam transivisse censendus erit; unde Ovid.

*Hinc ad te magnâ descendit origine mensis,*

*Es sis adoptivâ nobilitate tuus.*

Et Cicero in Oratione pro domo sua, dicit, Filios adoptivos sequi conditionem statumque patris adoptivi, ut si is pater esset patricii generis, & filius quoque talis esset. Contrarium † tamen tuetur Tiraquell. in tract. de Nobilitat. cap. 15. n. 6. quia Nobilitas, quæ transit à parentibus ad filios, est veluti ex traduce & co-ruscatione sanguinis clari. Cujac. disting. inter gentem & genus, & vult adoptionem quidem gentem mutare, genus verò non mutare, d. l. 1. §. cognationem. ff. und. cogn. Est enim genus à natura & jus naturæ immutabile.

Et ita vult Nobilem ex ignobili facere adoptionem, si gentem spectemus, cum & Ciceronem se sociasse Pisonum familiæ, ut se nobilitaret, ex Trebellio constet; non verò, si ge-

- 23 nus. Deinde, † declarando textus antea allegatos, distinguit inter honorem & jura ingenuitatis, nobilitatis, & ipsam ingenuitatem & nobilitatem; adoptatos à Nobilibus nan cisci quidem jura nobilitatis, non verò ipsam nobilitatem, *in consult. 56.*
- 24 Præterea, † distinguendum putarem inter arrogatos & adoptatos. Arrogati transeunt in familiam & potestatem patris arrogantis: adoptati non item, *§. sed hodie. §. illud proprium.*
- 25 *Instit. de adoption.* Deinde, Adoptio fieri potest † etiam cujusvis Magistratus imperio; Arrogatio non nisi Principali auctoritate, *§. 1. Instit. eod. tit.* Et si adoptio adoptatum Nobilem aliquem efficeret, in privati alicujus auctoritate esset actus nobilitandi, qui tamen est de reservatis summi Principis, *ut supra suo loco monuimus.* Arrogatio autem quia fit per sacrum oraculum, h. e. Principis auctoritatem, cui jus nobilitandi competit, illam dubitandi rationem refellit; quo etiam inclinatur *in d. consult. 56.*
- 26 Et tantum in genere de Nobilibus † origine & causa brevibus dixisse sufficiat. Nobiles autem etiam mediati non solum dignitate, sed etiam potestate aliquam plerumque pollent, quam jure antiquæ nobilitatis illis competere dicit Nevizan.
- 27 *in Sylv. Nupt. lib. 4. n. 132.* Notum enim est, Nobilibus † pagos, vicos, castra & alias id genus terras à Principibus persæpè cum adhærentiis, pertinentiis, jurisdictione & aliis modis concedi, *Andr. Knuch. de vestit. pact. p. 2. c. 1. Rosenhal. de Feud. cap. 5. concl. 8. Schrader. de Feud. part. 3. c. 4. Paurmeist. de jurisdic. lib. 2. c. 9.*
- 28 *per tot.* Ita etiam ut rustici † Nobilibus juramentum fidelitatis & subjectionis præstare cogantur, tanquam sub eorum jurisdictione habitantes & domicilium foventes, *Ifern. Alvarost. & Dd. ad cap. qualiter Vasall. jurar. deb. Husan. de propr. homin. cap. 6. n. 36. Zigler. in commun. conclus. ad aur. prax. Catvol. §. Nobiles. n. 2. ubi prolixè & ad usum hodiernum disserit de Nobilibus in suos subditos jure & jurisdictione, qui adiri possunt.*
- 29 Et hoc ita procedit, ut à † superiore in jurisdictione suâ turbari non possint, quia Dominus non potest manus ponere ad jura Vasalli, *Afflic. decis. 128. Alciar. lib. 4. resp. 9. n. 8.* Unde & hæc
- 30 nota Axiomata: † Quòd Vasallus Vasalli mei, subditus subditi mei, & homo hominis mei, non sit meus Vasallus, subditus, homo, *arg. l. Modestin. 106. & ibi Gadd. de V. S. l. consilii. §. socii. ff. de R. I.* Quatenus autem illa procedant, vide eleganter declarantem
- 31 Ludolph. Schrader. *de Feud. p. 19. sect. 2. n. 42.* Jurisdictio † namq; feudi lege concessa, privativè concessa censetur, *Cacheran. decis.*

29. n. 8. Menoch. *consil.* 604. n. 23. & 26. Andr. Knich. *de pact. vestitur.* part. 2. c. 1. n. 21. & dixi *suprà* c. 7. n. 21. ubi n. 2. 2. hujus rationem pulchram vide.

Possunt tamen Principes † suorum Nobilium & subditorum <sup>32</sup> subditos in causis ad se pertinentibus immediatè absque omni juris subsidio citare, *l. si in l. fin. n. 2. 4. ff. de jurisd. omn. jud.* Bald. *in l. omnes. 33. §. verum. C. de Episcop. & Cleric.* Wesenb. *consil.* 97. n. 3. Et ita etià consuevisse Principes testatur eximius Saxoniz JC. Matth. Coler. *de processib. executiv. p. 3. c. 7. n. 36.* Sicut & summus Princeps ejusq; supremum judicium Cameræ ex qualibet provincia immediatè citat, *l. sed etsi. 26. §. fin. verb. testimonii causâ evocatis. ff. ex quibus caus. major. l. 2. §. legatis. l. non alias. verbo, quos Princeps evocavit. de judic. Marant. part. 4. tit. de citat. n. 10.* quod & hodiè in causis ad cognitionem Principis & supremi Consistorii pertinentibus usu venit, *ut probavi supra cap. 7. n. 35.*

Sub Electore & Ducibus Saxoniz & alibi † Nobiles quidam <sup>33</sup> dicuntur Amptfassii, quidam Schrifftfassii. Illi sunt, qui immediatè Præfectorum jurisdictioni parent, & coram iis in prima instantia conveniuntur; Hi verò, qui immediatè Principi ejusq; curiæ parent, *Dn. D. Gothofred. Anton. affinis meus p. m. honorandus disp. Feud. 7. thes. 4. lit. a. in notat. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 2. n. 126.* Est autem hujus distinctionis ista utilitas, † Das <sup>34</sup> die Edelleuthe / Ritter vnd Herren / die den Emptern nicht vnterworffen / sondern auff sonderbaren Schrifften der Fürstlichen Canzelen sitzen / auch alle Richte der Stätt vnd Richter / die den Emptern nicht zugehan sind / vor die Hoffgericht geladen vnd citirt werden mögen in prima instantia: die anderen Edelleuthe aber / Bürger vnd Wawren / so den Emptern vnterworffen / vñ auff Amptschriffte gefessen / sollen zuvor vor ihrem Amptmann oder Vntergerichten / in dessen Ampt oder Gericht sie gefessen / in prima instantia citirt vnd vorgenommen werden / *uti auß der Churfürstlichen Oberhoffgerichts Ordnung de Anno 1549. sub tit. Wer vor das Oberhoffgericht mag geladen werden /* *re. tradit Matth. Wehner. in practic. observat. verb. Amptfassen.* Idem obtinet † in servitiis <sup>35</sup> Feudalibus Ritterdienstes / quod Amptfassii non tantum ad Domini, sed etiam ad Præfeti sive Quæstoris, qui ipsis præest, requisitionem comparere & servire teneantur, *Andr. Knich. de vestitur. pact. cap. 5. n. 7. & de Saxon. non pro. privileg. verb. Ducum. c. 6. n. 23.*

Præterea, † Amptfassii, Schrifftfassium in curia actione pul- <sup>36</sup> santes, non nisi præstitâ satisfactione & expensis litis & reconventionè admittantur, ut maximè bona immobilia possideant,

*Dan. Moller. ad Constitus. Electoral. §. p. I. n. 14. Knich. d. c. §. n. 13. Matth. Wehner. alleg. loc. quòd tamen in Schriftfassis secus est, qui ejusmodi satisfactione non arctantur, Jacob. Schult. observ. 22. n. 2. & de hisce vid. plura apud Zigler. in commun. conclus. ad aur. prax. Calvol. §. Ampfaffsi. & §. Schriftfassii.*

- 37 Coronidis loco nota. † quòd Nobiles immediati, licet privilegii magis præmineant, & majori libertate fruuntur, quàm mediati, gradu tamen & ordine dignitatis inter se pares sunt; neque magis & minus speciem novam facit.
- 38 Ad dignioris conditionis cives † mediatos referendi etiam sunt LITERATI, qui mediatè Imperio parent. Ex literatis quidam sunt Doctores, quidam Magistri, quidam verò sine gradu vivunt. Doctores in tribus Facultatibus, Theologicâ, Juridicâ & Medicâ creantur. Philosophi Magisterii tantùm gradum nanciscuntur, qui Doctorali longè inferior, *vid. Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. part. 2. c. 14. n. 90. & seq.* Ideoq; Magistri nostri non debent præcedere Doctores, & gradum Doctoralem, qui Imperiali auctoritate superior reputatur, Principalibus obviando seu potius contraveniendo privilegiis contra decorum deprimere, prout de facto aliquando prædicatur; quod ipsum tamen pugnat cum principiis Ethicis & justitia distributiva. Nam Doctoratus privilegia † cum Equestri dignitate juris dispositione connectuntur, *R. U. zu Augspurg de Anno 1500. sub tit. Von vbererflüssigkeit der Kleider. §. Item die vom Udel / so noch nicht Ritter oder Doctores sind. unct. §. preced. & seq.* Et passim in Imperii recessibus, quoad dignitatem nunquam Nobilibus postponuntur. *Reformat. guter Postcey Ord. de Anno 1530. sub rubr. Vom Udel. & sub iii. Von Doctoren. Reformat. de Anno 1548. sub iisdem rubric.* Et in Imperiali
- 40 Camera † Assessores, Doctores & Nobiles iisdem fruuntur stipendiis, *Ordin. Cam. p. I. tit. 43.* An autem Philosophi Professorum numero censendi, dubitat & deinde decidit Ulpianus in l. 1. §. An et Philosophi. 4. de extraord. cognit. quæ tamen dubitatio sano sensu & secundùm subjectam materiam accipienda.
- 41 Doctores Theologi † meritò primas sibi vindicant ratione obiecti nobilissimi, tanquam divini verbi Antistites, & Sacrarum literarum interpretes. Hi enim, si, juxta præscriptum altissimi, populum ad justitiam erudierint, fulgebunt sicut splendor firmamenti & stellæ in perpetuas æternitates, *Daniel. 12. v. 3.* Hoc dictum principaliter quidè Theologis accommodatur, quamvis non improprie ad justitiæ humanæ Antistites & Sacerdotes sano etiam sensu referri possit.

Hosce meritò sequuntur juris Doctores, † quorum officium 42  
 est, justitiam colere, æquum ab iniquo separare, licitum ab illi-  
 cito discernere, veram & non fucatam Philosophiam affectare,  
*Ulpian. in l. 1. de l. & l. Inde q;* meritò juris Sacerdotes, *d. l. 1. & No-*  
*bilissimi dicuntur, l. 2. §. ult. ff. de excus. iust. l. providendum. 7. C. de po-*  
*stuland.* Est namque res sanctissima civilis sapientia & inæstima-  
 bilis, *l. 1. §. proinde. 5. ff. de variis & extraord. cognit. necessaria & lau-*  
*dabilis, l. 4. C. de Advocat. divers. jud. honoris plena, arg. l. 6. in pr. C.*  
*de postul.* Et quamvis hodiè † à quibusdam, præsertim justitiæ & 43  
 humanioris literaturæ osoribus, non rarò extenuentur & depri-  
 mantur juris Sacerdotes, tamen potiùs id spectandum est, quod  
 summus Imperator & universi Imperii Principes & Proceres,  
 de hiscè sæpiùs iteratis constitutionibus pragmaticis constitue-  
 rint, quàm quod hic vel ille Thraso aliqùe poculorum remiges  
 de iisdem sentiant.

Hic tamen Doctõrũ contemptus † à malè feriatis hominibus 44  
 ex multitudine Dd. videtur descendere, cùm, juxta Proverbium,

*Omne rarum charum, vilescit quotidianum.*

*c. si officia. dist. 59. & c. legitimus. dist. 93. Cravett. consil. 855. n. 4.* Cui ta-  
 men argumento respondet Ernest. Cothman, *Respons. Acad. 14. n.*  
*78.* Resiùs autem contemptus † ille inde provenit, quòd multi 45  
 potiùs propter gratiam vel pecuniam hodiè, quàm propter  
 scientiam ad honores admittuntur: unde illud de Gallis cir-  
 cumfertur proverbium: Nos sumimus pecuniam, & mittimus  
 asinum in Germaniam. Sed tamen Professores Academiarum  
 indignos ad honores istos augustos admittentes puniri, *Petr.*  
*Gregor. Tholos. de repub. lib. 18. c. 9. n. 9.* & privilegiis exui possunt,  
*cap. privilegium. 11. q. 3. Matth. Sæph. de jurisd. lib. 3. part. 2. c. 14. n. 125.*

Contemptum † etiam nobilissimæ jurisprudentiæ adferunt 46  
 imperiti isti Causidici & Rabulæ forenses, ignari litium con-  
 cionatores, *Cujac. 4. obs. 40.* quibus præter latratum nec eruditio,  
 nec doctrina est, *Vldaric. Zas. de Iudeis. quæst. 3. quæ extat tom. 5. pag.*  
*mibi 114.* Indeque eorum facundiam caninam dici *ex Salsustio &*  
*Hieron.* notat idem *Cujac. d. loc.* cui congruit Prudentii versus:

*Inde canina foro latrat facundia toto:*

quos tamen honesto sæpè Doctõris titulo vulgò affantur. Et  
 sanè isti † sunt homines nati ad negotia confundenda & jura 47  
 omnia permiscenda, quo genere nihil est in Republica perni-  
 ciosius, nihil imperitius, ut *post Cujac.* scribit *Conrad. Rittershuf.*  
*in Novell. part. 9. c. 16. n. 6.* Proprium Rabularum est, ubi causa-  
 rum sibi commissarum infirmitatem rationibus tueri non pos-

sunt, ad convitiandi libidinem deflectere, ut ex *Ammian. Marcel.*  
 48 *lin.* tradit *Cothman. 3. conf. 50. n. 7.* Quamobrem graves † & eru-  
 diti Advocati ab hoc convitiandi genere abstineant, & ita præ-  
 beant patrocinia jurgantibus, ne ultrà quàm litium poscit utilita-  
 tas, ad convitiandi & maledicendi temeritatem prorumpant,  
 agant quod causa desideret, & temperent se ab injuria, *l. quis-*  
*quis. 6. C. de postuland.*

49 Ex Doctoribus Juris † quidam propter dignitatum officia  
 meritò aliis præferuntur. Tales sunt Consiliarii Principis, quos  
 Illustres vocat *Angel. in l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest. Ias. in l. 1. n. 13.*  
*ff. de offic. ejus. Corser. de reg. posestat. q. 21. fac. text. in l. 1. ibi: quos nostri*  
*lateris Comitatus illustrat. C. de præposit. vid. tamen Menoch. 2. arbut. cas.*

50 68. n. 35. Nam Consiliarii † Principum censentur esse pars cor-  
 poris ipsorum, *d. l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest. cap. si quis. 6. q. 1.* &  
 cum ipso Principe quali unum corpus constituere, *Hieron. Gig. in*  
*tract. de crim. les. Majest. sub rubr. qualiter & à quib. crimen læsæ Ma-*  
 51 *jest. committ. q. 14.* Et dicuntur inhære † Principi sicut stellæ firmamento,  
*Bald. in l. cum multa. 7. C. de bon. quæ lib. & Principem ita*  
 decorare reputantur, prout decorat splendor firmamentum  
 cœli, *arg. c. super specula. X. de Magistr. & sicut radii solares Solem,*  
*arg. c. multi. de pœnit. dist. 2. quæ jura & auctoritates adducit Ludolph.*  
*Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 24.*

52 Inter Doctores maximoperè etiam præeminent † illi, qui in  
 Academiis publicè profitentur, quia illorum scientiâ illustratur  
 53 mundus, *Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Indeque Doctores †  
 Professores, quantumvis juniores, præferuntur Doctoribus non  
 Professoribus, etiam senioribus, *arg. l. 1. & ibi Ioh. de Plat. C. de*  
*Consul. b. Alex. in l. eum qui. n. 8. & ibid. Ias. n. 13. ff. de reb. cred. quos al.*  
 54 *legat. Ernesti. Cothman. resp. Academ. 14. n. 73.* Et maxima pro illis †  
 militat præsumptio singularis peritiæ juris, & propterea in ele-  
 ctione Adfessorum Cameræ Imperialis eorū ratio habetur, *Ord.*  
*Cam. part. 1. tit. 4. §. Nuff denselben.*

55 Hinc etiam, ex communi Dd. sententiâ, Doctores, † qui per  
 viginti annos publicè docuerunt, Illustribus annumerantur,  
*Bart. in rubr. proœm. ff. n. 5. Ias. in l. 1. n. 12. de off. ejus. Menoch. 2. de arbut.*  
*judic. cas. 68. n. 43. & seq. ubi tamen à communi ex rationibus adductis*  
*recedit.*

56 Advocati magnarum † Curiarum non exiguâ etiam dignita-  
 te pollent, qui ambigua causarum fata dirimunt, suæque sæpè  
 defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa eri-  
 gunt, fatigata reparant, & non minùs provident humano ge-  
 neri,

neri, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentesque sal-  
varent, *l. advocat. C. de advocat. divers. judic.* ideoque laudabile vi-  
tæque humanæ necessarium est advocacionis officium, & Prin-  
cipalibus præmiis maximè remunerandum, *text. in l. laudabile. C. de advocat. divers. judic.* Unde etiam Advocatorum † tanquam 57  
causarum peritorum, in electione Adsefforum Camerae Imper-  
ialis rationem habendam esse sanxerunt Imperatores & Imper-  
rii Proceres, *Ord. Cam. d. p. l. iii. 4. §. Nusf denselben.*

Doctores Juris sequuntur Doctores Medici, † qui juris divini 58  
testimoniis honorâdi, *Ecclesiast. c. 38. in pr.* ubi scriptum: Honora  
Medicum, propter necessitatem. *vid. Petr. Greg. lib. 17. de republ. c. 8.*  
Hi tamen rectè † postponuntur Jureconsultis, quia nobilior & 59  
dignior est scientia juris quàm Medicinæ. Nam unaquæque  
scientia dignior censenda alterâ, ob nobilitatem objecti, *teste*  
*Aristot.* Objectum † autem Jurisprudentiæ est Justitia, quæ He- 60  
spero Luciferoque pulchrior æstimatur, *eod. Aristot. teste.* Ob-  
jectum verò † Medicinæ est corpus sanabile; unde sicut finis 61  
Medicinæ, est corporis sanitas; ita finis Jurisprudentiæ est, men-  
tes hominum facere sanas & conformes reddere Decalogo &  
voluntati Divinæ, *Barb. in c. cum tanto. colum. 10. de consuet. Forisn.*  
*de ultim. fin. jur. colum. 11. & per tot.* Et hoc argumentum latius per-  
sequitur Nevizan, *in sylv. Nups. lib. 5. n. 75. & seqq.* Quantum itaq;  
præstat † animi sanitas sanitate corporis, tantum etiam præstat 62  
Jurisprudentia Medicinâ: Hinc Plato, Animæ bona maximè  
bona dixit.

Et sanè plures † homines salutaribus juris & justitiæ quàm 63  
Medicorum remediis conservantur in Republica. Medici pen-  
nuriâ unus vel alter homo periclitatur: Prudentis verò viri &  
juris rerumque gerendarum periti tota sæpè Respublica. Unde  
gliscente † aliquo inter cives tumultu, plus unicum prodest con- 64  
siliium maturum, quàm centum purgationes de Rhabarbara,  
inquit Anton. de Gueverr. *in horolog. Princip. lib. I. c. 43. n. 190.* Ro-  
manos † per quadringentos annos sine Medicis vixisse testatur 65  
Isidor, *lib. 4. origin. sive Etymolog.* Item Plin. & Sueton. Unde † 66  
melius esse Principi, audisse Socratem de moribus, quàm Hip-  
pocratem de corporibus differentem, dicit Sidon. *9. epist. 14.* Non  
tamen hæc in contemptum Medicorum dicuntur, quos supra  
juris divini auctoritate honorandos esse monui, sed saltèm  
comparativè. Sanitatis namque auctor Deus † est; Dei instru- 67  
mentum Natura; utriusque minister Medicus, *Rhodinus 29. 11.*  
& corporis nostri imbecillitas quotidianis opus habet fulciri  
auxi-

auxiliis. Unde nihil aliud Medicos cordatos & eruditos esse, quàm bonos Consiliarios, qui nobis suadent, ut in rebus omnibus sobrii simus, & modum aureamque mediocritatem seruemus, inquit Anton. de Guevrr. *in horol. Princip. d. c. 43. n. 191.* Unde & Hippocrates duo sanitatis fulcra dixit, victum moderatum & exercitium tempestivum, ex quibus per consequentiam mentis etiam conservatur sanitas & morum integritas.

- 68 Sunt etiam homines † quidam imperiti & circumforanei, vulgò Störger oder Quacksalber / qui se Medicos Doctores venditant, quibus tamen præter latratum nec eruditio, nec doctrina est, *ut supra de Rabulis forensibus monui.* Sicut enim isti Rabulæ conspurcant SS. Justitiæ officinam, ita & hi Medicinam, magisque confundunt sanitatem quàm restituunt, hominesque
- 69 simplices miserè decipiunt. Talis fuit Medicus, † de quo per Præpositum *in cap. de muliere, ad fin. de sponsal.* qui consultus ab imperito scripserat: Recipe nescio quid, & sanabitur nescio quando, *refert Nevizan. in sylv. nupt. lib. 4. sub n. 177. pag. mihi 415.*
- 70 Et tantum de Doctoribus, quibus accensendi Licentiati, † quia his Licentia data est, propter edita specimina, Doctoratus gradum assumere.

Doctores sequuntur Magistri, qui in Philosophia Magisterii gradu ornantur. Item Baccalaurei.

- Sicut autem Literati, eminentioris ordinis civibus, ita etiam
- 71 † MILITES iisdem meritò adscribuntur. Hi enim armis & fortitudine patriam defendunt, & hostium illicitos aulus reprimunt, & multa pericula sustinent; æquum itaque, ut præmiis honorentur, dignitate evehantur, & nobilitate donentur: unde
- Verficulus:

*Sunt duo, quæ faciunt ut quis sit Nobilis, ARS MARS.*

*Major ab ARTE venit gloria, MARTE minor.*

Plura de Militia & Militibus dicentur infra, ubi de Bello & re Militari acturi sumus.

Ad inferioris conditionis subditos referendi sunt Mercatores, Mechanici, Agricolaë, de quibus alii passim Politici, qui eâ de re adeundi.

FINIS LIBRI I.

LIBER II.